



*F. # 7* EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*IV A 290.*

SIGNAT. CLVCCCCXIII.

*2K*





6  
PARS III.

PHILOSOPHIAE ARISTOTELICÆ.

CONTINENS PHILOSOPHIAM Practicam.

SIVE

LIBRORUM ARISTOTELIS  
Ethicorum, Politicorum, Oeconomicorum & Rhetoricorum ad  
Theodecten & Alexandrum Analysin.

*Nunc correctius in lucem edita*

à

VALENTINO HARTUNGO Medicinæ D. & Professore.



LIPSIAE,

*Impensis Caspari Clofemanni.*

---

ANNO M. DC. XXV.



PARS III.

PHILOSOPHIA

TELLICA

CONTINENS PHILOSOPHIA

Philosophia

215

LIBRORUM ARISTOTELIS

Politicon, Oeconomicon

in Nicomachum & in Eudemum

Theodoretus & Alexander

in Analitico

in Meteorologicis

VALERII MARTINI

in Nicomachum & in Eudemum



LIPSIÆ

Inpensis Caspari Christophori

MDCCLXXII







PHILOSOPHIA  
PRACTICA.

CONTINENS

LIBROS ETHICORUM, POLI-  
ticorum, Oeconomicorum, & Rhetorico-  
rum, ad Theodecten & Alex-  
andrum.

LIBRI ETHICORUM  
Nicomach.

CONTINUATIO.



Anè à speculatione priorem Philoso-  
phiae partem dici Theoreticam, non  
semel haectenus innuimus, atq; ad-  
monuimus; utpotè quæ de rebus  
quidem est minimè in nra, id est,  
in nostra potestate sitis, atq; positis, ideò cum ea-  
rundem actionem minimè administrare possit inge-  
nium humanum: speculationem saltem & scienti-  
ficam ipsarum contemplationem suscipit, &



exercet, idq<sub>3</sub> pro rerum ipsarum diversitate *ὑάλισα τῶν ἐν τῆς ἀφαιρέσεως ἐπιστημονικῶν*, id est, abstractionum scientificarum discrimine subtilitates etiam magis magisq<sub>3</sub> sublimes urget & acquirit. Unde Physica; unde Mathematica, unde denique Metaphysica, triplices Philosophiæ Theoreticæ species exortum habent. Dividitur à Peripateticis contemplativam Philosophiam in tres partes seu species. Theologiam, Physiologiam, Mathematicam. Theologiam (aliis est prima Philosophia) à dignitate dicunt in superis rebus deditam; quæ corpore & materia carent; ut sunt DEUS, Genii, animus & quæ adherent. Physiologiam, in iis, quæ materia constant & sensu percipiuntur; ut animalia, plantæ, lapides & quæ adjuncta. Mathematicam, quæ in rebus quidem sine corpore; sed in corpore tamen consideratis, ut sunt Numeri, soni, figura, cælestes motus. Itaque hæc singula singulas iterum scientias gignunt: dividuntq<sub>3</sub> Mathematica in Arithmetica, quæ Numeros: Musicam, quæ sonos: Geometriam, quæ figuras: Astronomiam, quæ superos illos motus spectat. Activa autem pars dicitur, cui finis precipuus & fructus est Actio. Quæ tripliciter item dividitur, in Ethicam, Oeconomicam, Politicam. Ethica est, quæ mores, vitam, regimen singulorum hominum considerat, & format. Oeconomica seu Familiaris, quæ domus cuiusq<sub>3</sub> & familiæ Politica, quæ civitatis totius aut societatis. Sequitur hinc altera Philosophiæ pars, quæ Practica dicitur, nimirum  
 quæ



que de rebus est in nostram potestatem cadentibus.  
 Qua profecto ratione cum non tam ipsarum cognitionem  
 quam potius actionem urgere, & queamus, & me-  
 rito etiam debeamus, minus ob id necessarium, quin  
 imò absurdum esse videtur, in nuda hujus Philosophiae  
 cognitione tam diu versari, deq; ea sola laborare ut in  
 Theoretica Philosophia animo solum concipienda & ὅ  
 τῆς ἐπισήμης καὶ γνώσεως; ἀλλὰ τῆς πράξεως ἕνεκα  
 altera haec traditur Philosophia, lib. 1. Eth. c. 1. lib.  
 2. c. 4. & 10. c. 9.

Præclare igitur Philosophum monere in Ethico-  
 rum ad Nicomachum vestibulo censemus τὸ ἀκρίβες  
 ἔχει ὁμοίως ἐν ἀπασιν τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον: id est,  
 subtile non aequè in omnibus dissertationibus est in-  
 quirendum. Cui rei rationem addit ibidem: πε-  
 παιδευμένους ἐστὶν ἐπὶ τοῦτο τὰ ἀκρίβες ἐπιζητεῖν καθ'  
 ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἢ τὸ πρᾶγμα τὸ φύσις ἐπιδέ-  
 χεται. Quod ipsum sanè pulcherrimo ibidem exem-  
 plo declarare idem legitur, καὶ ὅ φῶσι τῶν τεχνῶν καὶ  
 μαθημάτων διαφερόντως ἐπιζητεῖται τὴν ὀρθὴν ὁ μὲν ὅ ἐφ'  
 ὅσον γενεῖται πρὸς τὸ ἔργον. ὁ δὲ τί ἐστὶν, ἢ ποιεῖται, id  
 est, differenter sanè Geometra atque Architecton  
 angulum rectum considerant. Hic enim eatenus tan-  
 tum de ipso inquirat; quatenus eundem ad opus uti-  
 lem adhibet. Ille verò exquisitam ejus contemplati-  
 onem instituit, & quid sit, & qualis sit, inquirat.  
 Addit etiam, & genio & ingenio acutissimus Philo-  
 sophus ὅτι ἐκ ἀπαιητέον, ἕδε τὴν αἰτίαν ἐν ἀπασιν  
 ὁμοίως, ἀλλ' ἵκανὸν ἐν τίσιν τὸ ὅτι δεῖχθῆναι καλῶς  
 α α α α 3 οἶον



οἷον καὶ τὰς ἀρχὰς, id est, non exigenda sanè æqualiter omnium causa; sed sufficit in quibusdam ipsam rem rectè ostendisse, velut etiam fit de ipsis principiis. lib. 1. Eth. N. c. 7. Sed ne prolixius initio vagari videamur dicta dicendaq; contrahimus, id modo adjungentes, scil. Quia præmissa hæctenus veritati maxime congrua est sententia, ejusdem rationem sedulam nos habituros, convenienterq;, ut in superioribus, ad Philosophi inprimis mentem accommodaturos, ut temerè sanè ab ejusdem vestigiis, ne latum quidem, ut vulgò ajunt, unguem declinare, atq; recedere uspiam videri possimus.

Duas autem inprimis Philosophiæ practicæ species, Ethicam nimirum, & Politicam Aristoteles statuere videtur, quibus alii Oeconomicam tertiam quasi speciem distinctam annumerant, quam tamen rectius ad Politicam referri debere, supra etiam significamus; minime tamen ob id cujusque judicio hac de re aliquid detrahentes; quin potius unanimi consensu, summam & arctissimam quasi harmoniam & connexionem mutuam lubentissime agnoscetes, atque adeo etiam reipsa providentes, commoda sanè docendi ratione contiguam specierum istarum explicationem potius, quam disjectam & interruptam suscipiemus ita, ut inprimis ordinem illum, quem Græca operis Aristotelici distinctio innuit, nobisq; offert, convenienti progressu servaturi simus, atq; adhibitori, isq; talis est, ut Ethicæ subjecta sit Politica, atq; Oeconomica. De hinc vero



verò Politices instrumentum, nempe Rhetorica ad  
Theodecten & Alexandrum subsequatur.

## I.

Ethices nomen ἀπὸ τῶν ἠθῶν, id est, à moribus  
factum est, quod ipsum μικρὸν παρεγκλίσις ἀπὸ ἠθῶν  
id est, paululum deflectit ab eâ Græcorum voce,  
quæ assuefactionem significat. lib. 2. Eth. N. c. 1.

## II.

Est autem Ethica illa Philosophiæ practicæ spe-  
cies, quæ ad singulos homines comparata de mo-  
ribus & actionibus rectè atq; honestè instituendis  
doctrinam tradit, ut σωφροσύνη, id est, honesti & bo-  
ni efficiamur, καὶ τὸ ἀκρότατον καὶ πλειότατον τῶν πρακ-  
τῶν ἀγαθῶν, id est, summum ac perfectissimum re-  
rum agendarum bonum consequamur. lib. 1. mag.  
mor. c. 1. lib. 1. Eth. N. c. 2.

## III.

Etenim πᾶσαι τέχναι καὶ πᾶσαι μέθοδοι, ὁμοίως ἢ πρά-  
ξεις τε καὶ ἐπιχειρήσεις ἀγαθῶν ἐφίεσθαι δοκεῖ, ἢ τὸ καλῶς ἐ-  
πιφέρειν τὸ ἀγαθὸν ὃ πάντες ἐφίεσθαι, id est, omnis ars,  
omnisque methodus, adeoque similiter actio o-  
mnis, atque electio bonum aliquod habere vide-  
tur propositum, quod appetat. Unde etiam rectè  
bonum describi posse censemus, id quod omnia  
appetunt, & tale sanè propterea etiam humanam  
actionem respicere ac propositum habere, nullum  
est dubium. lib. 1. Eth. N. c. 1.

## IV.

Ab hoc igitur bono, & eo quidem summo, prou-  
præstantissimum est; ita in præstantissima Philoso-  
phiæ practicæ parte, sc. politica, propriâ affert con-  
siderationem, veluti à fine ultimo Ethica initium  
methodo analytica sumit. Hujus sanè ἡ ἀρχὴ ἐστὶν ὁ ἀριστός.



EPI TOM. LIB. ETHIC.

ἀκροατὴς ὁ ἰός, id est auditor idoneus nullus esse potest juvenis, hoc est, ὁ τοῖς πάθουσιν ἀκροατήπιος, id est, is, qui affectibus nimium indulget. κατὰ τὴν γὰρ ἀκρόαται καὶ αἰωφελῶς, id est, Temere enim & sine fructu ejusmodi iste doctrinam hanc audiret. l. 1. Eth. c. 1.

V.

Doctrinæ rationem quod attinet, sanè, prout prolixius in principio continuationis meminimus, exquisitæ hie rationes non afferuntur; sed pro ratione materiæ subjectæ probabiles, nullique absurdo inconvenienti obnoxia. περὶ αὐτῶν δὲ εἰς γ, ἐπὶ τοῦτον ἄκροατες ἐπιζητεῖν καὶ εἰσεσθῆναι γὰρ εἰ δ' ὅσον ἢ πρᾶγμα φύσις ἐπιδέχεται, id est, eruditi certè viri est, in unoquoque genere tam accuratam requirere subtilitatem, qualem rei proposita natura admittit, libr. 1. Ethicor. N. cap. 1. & cap. 7.

VI.

Summum igitur bonum, ὀνόματι μὲν χεῖρον ἰσθῶ τὸν πλείστον ὀμολογεῖται, τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν λέγουσιν, id est, quale illud, quo ad nomen sit, inter plerosque convenit, Felicitatem enim vel beatitatem omnes dicunt. Quid autem & quale id ipsum sit, maximè profectò discrepant. Etenim τοῖς μὲν πολλοῖς, ὁ βίος ἀπλοῦς καὶ εὐτυχὴς ἐστὶν ἢ κατὰ σῶμα ἡδονή, ἢ πλῆτος, καὶ τὰ χεῖρα τῶν ἰσθῶ πολιτικῆς ἢ δεικνῆ, ἢ ἢ πρὸς τοῖς ἰσθῶ τοῖς θεωρητικῆς ἢ ἰδέω, id est, vulgò quidem vita voluptuosa, seu corporis voluptas, aut divitiæ, aut opes. Politicis verò vel virtus, vel honor. Sapientibus autem, qui in speculatione versantur, ἰδέω summum bonum esse statuitur. lib. 1. Eth. N. c. 4. 5. 6.

VII.

Sed profectò harum sententiarum & opinionum veritatem rei nulla attingit; idque ex Philo-



losophi particulariter quidem de singulis facili  
modo ostendemus, duo saltem initio generalia  
præmittentes nimirum. 1. Quod bonum illud  
summum est, sua natura & αὐτὸ καὶ δι' αὐτὸ ἰφιστέρη, hoc  
est, per ac propter se minimeque alterius gratia si-  
expetibile. τελὸν δὲ τελειότατον, καὶ αὐτὰρ ἐξ ἑαυτοῦ, id est,  
Finis enim est, & quidem perfectissimum bonum  
seque ipso planè contentum. 2. ὅτι καὶ αὐτὸ ἰφιστέρη  
ἐν αὐτῷ, id est, quòd summum illud bonum in  
ipsa hominis sit potestate, proprieque ejusdem in  
actione consistat. ibid.

## VIII.

Quod igitur ad primam attinet opinionem,  
voluptas quidem summum bonum esse minime  
potest; idque in primis duplici ratione, cum quia  
huic student αὐτὸ ἰφιστέρη βουλήματα ὁδοῦ, καὶ πάντων ἀπο-  
λαύσεσσι, id est, homines voluptuosi, & gulosi; tum  
ὅτι καὶ τῶν βουλήματων ἡ ἡδονή, id est, quia voluptas  
belluarum etiam est, & in illis hominibus, qui  
mancipia quasi sese ipsi prostituunt. lib. 1. Eth. c. 4.  
In divitiis quoque summum bonum nequit collo-  
cari, duabus vicissim de causis: Quarum prior est,  
ὅτι τὰ χεῖματ' ἐβίασται, id est, Quia opes plerunque  
sunt violentæ. Tale autem esse nequit summum  
hominis bonum. Altera verò ratio ex posteriore  
hypothesi præmissa oritur, ac promanat, ὅτι τὰ χεῖ-  
ματα ἄλλοι χεῖματ' ἵκονται, id est, Quia opes & divitiæ alteri-  
us gratia appetuntur; idque vel solo ex nomine  
constare potest. ἀπὸ γὰρ τῆς χεῖματ' ἀποκατάστασις λέγεται  
τῶν, id est, à verò usu enim dicuntur Græcis divi-  
tiæ, scil. ad rerum gerendarum commodam admi-  
nistrationem & perfectionem. lib. 1. Eth. c. 5. Sunt  
enim nervi rerum publicarum. Cic. pro leg. Manili.

## X.

Honor etiam summum nequit esse hominis bo-  
num,



EPITOM. LIB. ETHIC.

bonum, & quidem propterea, 1. ὅτι ἢ πρὶν ἐν πρῶτῳ  
ἢ ἐν πρῶτῳ, id est, quia honor potius in hone-  
rante est, quam in honorato. Summum autem bo-  
num ab ipso habente simpliciter possidetur. 2. et-  
iam per præmissam vicissim hypothesein, ὅτι ἄλλοι χε-  
ρὸν ἢ πρῶτον, id est, Quia honor alterius gratia expeti-  
tur. Politici enim exoptant honore sese affici, ἵνα  
πρὸς δὲ τὸν ἑαυτῶν ἀγαθὸν εἶναι, id est, ut confirmentur  
bonos sese esse. libr. 1. Eth. N. c. 6.

XI.

Quin etiam in ideis minus verè summa poni po-  
test felicitas, utputa. Quia tales minimè dari, una-  
nimiter in Peripateticorum schola conclusum re-  
netur, eademque pro re tres sunt hoc libro Philo-  
sophi rationes. 1. Quia in bonis datur prius & po-  
sterius; & talium tamen non esse potest idea, se-  
cundum Platonicos. 2. Quia idea una commu-  
nis non potest esse eorum, quæ sunt in diversis præ-  
dicamentis. 3. Quia idea una communis non po-  
test esse eorum, quorum non est una scientia; &  
sic neque bonorum erit communis idea. libr. 1. Eth.  
N. cap. 6.

XII.

Quia etiam licet ideæ ejusmodi darentur; in  
hominis tamen illæ ipsæ potestate esse minimè  
possunt, cum æternæ esse à suis authoribus ponan-  
tur. Summa autem hominis felicitas, uti præmissi-  
mus, in ejus potestate consistit.

XIII.

Sed neque ἢ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ, id est, ipse virtutum ha-  
bitus totus, ut quidam Stoici, quos Cicero & eum  
sequentes voluerunt, pro summo bono, rectè assi-  
gnatur. Δοκεῖ γὰρ ἐνδεχέσθαι, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἔχειν τὸν ἀγα-  
θὸν, ἢ ἀνεύχοντος ἀλλοῦ. ὅτι βίη καὶ πρὸς τὸ κακοπαθεῖν, ἢ  
ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα, id est, Videtur enim contingere  
etiam posse, ut in dormiente sit virtus, vel in eo  
etiam,



ARISTOTELIS.

etiam, qui in vita nihil agit. Deinde etiam virtus esse potest in eo, in quo maxima mala sunt, & maximæ calamitates. lib. 1. Eth. N. c. 6.

XIV.

Rectius igitur non sola in virtute; *σε ἐν τῇ ἐνεργείᾳ*, id est, in ipsa actione virtutis summa felicitas collocanda superest, atque ita merito definienda; *ὁδαιμονία ἐστὶν ἐνέργεια τῆς ψυχῆς καὶ ζῆτιώδῃσιν καὶ τελειοτάτην ἐν βίῳ τελείῃ*, id est, Felicitas est operatio animæ secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta. lib. 1. Eth. N. c. 7.

XV.

Alia verò τὰ ἐκτὸς λεγόμενα ἀγαθὰ, id est, externa bona non quidem planè à summo bono rejicienda sunt; sed quasi ejusdem *σώεργα καὶ ζήσιμα ὄργανα*, id est, ornamenta quædam & instrumenta agnoscenda, ad virtutis actionem administrandam plurimum conferentia. Verè enim philosophus noster inquit: Bona externa terminata sunt ut instrumentum quoddam. *φαίνεται γὰρ ἡ ὁδαιμονία ὁμοίως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδοκῆν. Αδιύατον γὰρ, ἢ ἔραδιον τὰ καλὰ πρὸς τὴν ἀχρηγήτων*, id est, Videtur enim felicitas etiam bonis externis indigere. Impossibile siquidem est aut valdè difficile, eum, cui res non suppetunt, bona agere, lib. 1. Eth. N. c. 8. & lib. 7. Pol. c. 1.

XVI.

Causam efficientem summi boni quod attinet, sanè ἐὶ μὲν καὶ ἀλλότι θεῶν ἐστὶ δώρημα ἀνθρώποις. *Ἄλογον καὶ τὴν ὁδαιμονίαν εἶναι θεοσδοτον καὶ θεοπεμπτον*, id est, siquidem hominibus à Diis aliquod donum obvenit; rationi maximè consentaneum est, felicitatem quoque à Deo authore proficisci, & immitti. Huc deinde accedit *καὶ ἡ μάθησις καὶ ἄσκησις ἢ ἐπιμέλεια*, id est, disciplina & industria etiam humana. *Τὸ ὃ μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐπιτρέψαι εὐχῆς*  
λίαν.



LIB. I. M. LIB. ETHIC.

λίαν παρημελές αὐτῷ, id est, Ejusmodi autem pra-  
ximum & pulcherrimum bonū fortunæ attribue-  
re & ascribere velle, maximum profectò scelus fu-  
erit. l. i. Eth. N. cap. 9.

XVII.

Quia autem pro ea felicitatis consecutione &  
possessione καὶ πρὸς ἀρετῆς τελείας βίον τέλειον εἰκότως  
ἐν ἔτι βῆν, ἢ τε ἴσταν, ἢ τε ἄλλο τι τῶν ζώων εἶδεν, οὐδὲν  
μοι λέγεται. εἶδεν γὰρ αὐτῶν οἷον τε κτηνωτήσασιν ποιούτης ἐνεργείας,  
id est, virtute perfecta etiam vita perfecta  
opus est, sanè neque equum, neque bovem, ne-  
que ullum aliud brutum animal felix rectè dixe-  
rim, utputa, cū nullum sanè ad ea ipsa obtinen-  
da aptum sit, & idoneum. Quinimò ἀλλὰ ταῦτα  
δουλομοῖαν εἶδεν πᾶσι δουδαίμων ἐστίν. ἔπειτα γὰρ πρᾶκτικὸς τῶν  
ποιέτων, ἀλλὰ τὴν ἡλικίαν οἱ ἢ λεγόμενοι ἀλλὰ τὴν ἐλπίδα  
μακαρίζονται: id est, propter eandem rationem, ne-  
que puer propriè felix est. Neque enim propter  
ætatem talia quoque facere, idem potest; qui ta-  
men sic dicuntur, non nisi propter spem felicitata-  
tem quoque sibi obtinent attributam, lib. i. Eth.  
N. c. 10.

XVIII.

Hic verò jam quaeritur, πότερον ἐν ἐσθ' ἄλλοι εἶδεν  
αὐτῶν δουλομοῖαν εἶδεν αὐτῶν ζῆ καὶ Σόλωνος ἢ ἄλλων  
τέλειον εἶδεν, id est, an etiam ullus homo in hac vi-  
vita, dum vivit, beatus sit dicendus, an potius,  
secundum Solonis sententiam, felix atque beatus  
ante obitum nemo supremaque funera dici debe-  
at? Ubi sanè cum Philosopho potius prius tene-  
mus, posteriusque rejicimus, sive simpliciter in-  
telligatur, quod vivens nullus dici beatus debeat,  
saltemque mortui, siquidem δουλομοῖαν ἐνεργείαν ἐστίν,  
atque ob id certè non in mortuo; sed potius in vi-  
vente, sive accipiatur κατὰ τὴν, quòd scilicet homo  
quidem



quidem vivens beatus esse possit; non tamen dicendus sit, cum facile immutari possit hominis conditio, dum adhuc vivit. Mortuus autem a fortunæ bonis malisque liber sit, & immunis. Δουεὶ γὰρ εἶναι ἢ τὸ τεθνήσκει καὶ κακόν, καὶ ἀγαθόν ὡσπερ ἐν τῷ ζῶντι, καὶ μὴ αἰσθασθῆναι τὸ οἶον πρῶτον, καὶ αἰνῆσαι, καὶ τέκναι, καὶ ὅλων ἀπογόνων ἀσπασίαν τε καὶ δυσυχίαν, id est, Nam & mortuo bonum vel malum accidere potest, ut viventi; ita tamen ne ipse sentiat, ut sunt honores & ignominia, liberorum etiam ac omnino posterorum vel felicitates, vel calamitates. lib. 1. Eth. N. c. 11.

## XIX.

Licet igitur verum sit variis fortunæ motibus quemlibet in hac vita esse obnoxium: Quinimodὸν ἄλλοις εἰς σωτηρίαν καὶ εὐτυχίαν τὰς τύχαις, τὴν αὐτῶν δὲ δαίμονας, καὶ πάλιν ἄλλοις ἐξ ἑμῶν ποταμῶν, χαμαιλέοντά τινος ἐν δὲ δαίμονας ἀπὸ φαστεσ καὶ σαφῶς ἰδρυμένων, id est, manifestum sit, si fortunam spectare velimus, eundem quidem beatum, rursusque miserum sepe dixerimus, atque ita velut chamæleontem eundem constituerimus, minusque futurum: in primis tamen hæc illa philosophi inter fortunam & causam distinctio venit notanda, qui scilicet aut boni sunt, aut mali; & ambo rursus aut leves, aut graves, & magni. Leves igitur mali nihil; Boni autem parum habent momenti. Magni verò & quidem boni μακρότερον, id est, feliciter efficiunt; Mali autem affligere quidem possunt: ἀλλ' ἔμὴ ἀδύνατον, minus tamen tollere. Et enim beatus verè est τετράγωνος ἀσχημόνως, καὶ κάλλιστα φέρων δυσηχήματα, id est, quadratus, prudenter & optimè quæque infortunia perferens. lib. 1. Eth. N. c. 11.

## XX.

Sic etiam cum λίαν ἄφιλον ἔταις δόξαις ἐνασθῶν, id est,



Id est, valdè inhumanum sit, omniq; opinioni con-  
trarium, casus posterorum planè ad mortuos non  
attinere, nos sanè eosdem aliquatenus spectare,  
minimè inficiamur; ita tamen, ut leves quidem  
planè nihil habeant vltium. Graves autem exigu-  
um valeant ita, ut vel maximi quidem beatitatem  
tamen minus lædere possint, aut commutare, libr.  
I. Eth. N. c. 11.

## XXI.

Unde præclarè Philosophus concludit, *συμβάλλουσι ἢ φαίνονται τοῖς κεκμηκόσιν αἱ ἀπραξίαι τῶν φίλων ὁμοίως ἢ αἱ ἀπαιρηξίαι. Τοιαῦτα ἢ ἐπιλαύουσι, ὥστε μήτε τὰς ἀδαίμονας μὴ ἀδαίμονας ποιεῖν, μήτ' ἄλλο τῶν τριῶν μηδέν*, id est, Videntur igitur aliquid quidem mortuis adjicere boni vel mali amicorum casus. Taliter autem tantumque valent, ut neque beatos immutare, & amplius beatos facere possint, neque simile quicquam inducere. lib. I. Eth. N. c. 11.

## XXII.

Atq; de his quidem hæten<sup>o</sup>. Sequitur de ejusdè felicitatis dignitate, quam si rectius attendamus, sanè eam ipsam beatitatem ὡς τοῖς ἐπομνεύουσιν, in numero rerum laudabilium minimè habendam videmus. *δοῦλοι γὰρ φαίνονται, πᾶσι τὸ ἐπομνεύον ἔποιετο ἢ ἐνέμεινε, καὶ πᾶσι ἔχον ἐπομνεύειν, ὥστε γίνεσθαι τὰς ἐπαινετὰς ἀποφραγῆς*, id est, Manifestum etenim apparet, omnino id, quod laudabile est, eo ipso, quod aliquatenus ad aliquid sese habeat laudari, omnemque laudem referendo attribuit. Potius igitur & verius censendum fuerit, ὅτι ἐστὶν ἡ ἀδαίμονια τῶν κρείων ἢ τῶν ἀρχίων, id est, quòd felicitas sit res perfecta & divina. *τὴν ἀρχίαν γὰρ ἐστὶν αἴτιον τῶν ἀγαθῶν κρείων ἢ τῶν ἀρχίων*, id est, Principium enim & causam bonorum, qualis certè est summa felicitas, honorabile quid & divinum esse ponimus. lib. I. Eth. N. c. 12. Cum



## XXIII.

Cum autem felicitatem virtutis actionem definiamus de virtute ut agamus sequitur. τάχα γὰρ ἔτιωσ' αὐτὸν βέλτιον καὶ αὐτὴ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσειν. αὐτὴ δὲ τῆς ἡπιωτέρας ἢ ἐπισημωτέρας ἀνθρώπινης δειλονόη, id est, Undique enim felicitatem contemplari & cognoscere potestimus, si nimirum de virtute, quæ hominis est, agere pertenderimus. lib. 1. Eth. N. c. 13.

## XXIV.

Ἀρετὴν δὲ λέγουσιν τὴν ἀνθρώπινον, ἢ τὴν τῆς σώματος ἀλλὰ τῆς ψυχῆς, id est, Dicimus autem hominis virtutem, non quæ corporis est virtus, sed quæ est virtus animi. Unde illud sequitur, ὅτι δὲ τὸν πολιτικὸν εἶδεναι πᾶς τὰ αὐτῆς ψυχῆς ὡς αὐτὴ καὶ τὸν ὀφθαλμὸν θεωρεῖ δὲ σὸν καὶ καὶ τὸ σῶμα, id est, Politico aliquatenus scientiam quandam de anima debere esse perspectam, quemadmodum is, qui oculum curaturus est, totum corpus cognitum habere debet. ibidem.

## XXV.

Animæ igitur duæ humanæ quasi sunt partes. Τὸ μὲν ἀλογόν ἐστι· τὸ δὲ λόγον ἔχει, id est, alia quidem irrationalis est; alia verò rationalis: φαίνεται δὲ καὶ τὸ ἀλογόν διπλόν τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν ἔδαμῶς κινῶναι λόγῳ· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει τῶς ἢ κατήχθον ἐστὶ αὐτῆς (λόγῳ) καὶ παθητικὸν, ὡς αὐτὴ τῆς πατρὸς ἀκροατικόν ἐστὶ, id est, pars animæ irrationalis vicissim duplex apparet; alia nimirum vegetativa simpliciter talis est, neque quidquam de ratione participat: Alia verò nimirum appetitiva, rationem aliquatenus recipit, ejusdemque particeps fit, quatenus scilicet rationem audit, ac obtemperat, non secus ac filius moriger patris. lib. 1. Ethicorum N. capit. 13.

Aug.



## XXVI.

Διζέεται ἡ καὶ ἡ δρετὴ κατὰ τὴν ἀγαθοῦ τὰ αὐτῶν  
 ἀγαθῶν ὡς αὐτῶν τὰς μὲν ἀγαθολογίας τὰς ἡθικάς, id est,  
 Secundum hoc igitur discrimen virtus etiam ipsa  
 dividitur, & distinguitur, ita nimirum, ut a. 12. sint  
 virtutes intellectuales; aliae verò morales. libr. 1.  
 Eth. N. c. 13. lib. 6. c. 1. item. c. 13.

## XXVII.

Causam virtutis efficientem quod attinet. Ἡ μὲν  
 ἀγαθολογία δρετὴ ὡς πλείστον ἐν διδασκαλίᾳ ἐστὶ, καὶ τὴν  
 ἀγαθῶν, καὶ τὴν αὐξήσει. Διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου.  
 ἢ ἡθική ἐξ ἑθῶς (ἐπειρήσει): id est, Intellectualis qui-  
 dem virtus plurimum ex doctrina & institutione  
 obtinet, indeque ortum suum & augmentum re-  
 portat; unde etiam experientia & tempore indi-  
 get. Virtus autem moralis ex assuefactione & mo-  
 re, unde etiam nomen habet, acquiritur. libr. 2.  
 Eth. N. cap. 1.

## XXVIII.

Ex quo sanè liquido apparet, ὅτι ἐδεῖται τῶν ἡθι-  
 κῶν δρετῶν φύσιν ἡμῶν ἐστίν. ἐδὲν γὰρ τῶν φύσιν ὄντων ἄλλως  
 ἐστίν, id est, quod nulla mortalis virtus nobis  
 naturâ insit; si quidem naturalia sunt immutabi-  
 lia, neque id, quod à natura inest, per assuefacti-  
 onem aliter disponi potest. Accedit altera etiam  
 ratio ὅτι ὅσα μὲν φύσιν ἡμῶν παραγίνεσθαι, τὰς δυνάμεις τὰς  
 πρῶτον πρῶτον νομιζομένης, ὑστερον ἢ τὰς ἐνεργείας ἀποδι-  
 δεῖται τὰς ἡθικὰς λαμβάνουσα, ἐνεργήσαντες πρῶτον,  
 id est, Quia quaecunq; nobis à natura insunt, illo-  
 rum potentias quidem primò obtinemus; postea  
 verò actiones etiam & operationes adjicimus Vir-  
 tutes autem acquiritur prius agentes vel operan-  
 tes. 1. 2. Eth. N. c. 1.

## XXIX.

Ut igitur vera hac de re sententia teneri possit,  
 notan:



notandum etiam, ὅτι ἐπ' ἀρεῶν φύσει ἔστι παρὰ φύσιν ἐγεί-  
 νονται αἱ ἀρεταὶ ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δεξασθαι αὐταί. τι-  
 λωσμενοῖσι δ' ἀγ' ἔθους, id est, quod neque naturā  
 simpliciter, neque contra naturam virtutes nobis  
 insunt morales; sed easdem possideri a nobis natu-  
 ra. iter ad ipsas inclinatas. More autem & assuefa-  
 ctione perfectis. ἐν γὰρ τῶν ὁμοίων ἐνεργῶν αἱ ἔξεις γί-  
 νονται, id est, Ex actionibus enim similibus habitus  
 comparatur. lib. 2. Eth. N. c. 1.

## XXX.

Hinc profectō luce (quod ajunt) meridiana  
 clarius apparet, ὅτι ἔμικρον ἀγαθόν ἢ ἔτρωσ, ἢ ἔτρωσ  
 αὐθις ἐκ νεῶν ἐθίζεσθαι ἀλλὰ πᾶμπολυ μᾶλλον ἢ τὸ πᾶν,  
 id est, non parum interesse, num sic, vel sic a prima  
 statim ætate puer assuefiat. Quin imō, quam plu-  
 rimum refert, vel potius in assuefactione tota res  
 consistit, ita ut rectē Romanus etiam pœta canere  
 videatur, a teneris assuefcere multum est, lib. 2. E-  
 thic. N. c. 1.

An igitur aliquis virtutis habitum assecutus sit,  
 ratione objecti cognoscitur, quod est ἡ ἡδονὴ καὶ λύ-  
 πη, id est, voluptas & dolor. Si quis igitur honestas  
 virtutum prosequitur actiones, cum voluptate, ha-  
 bitum ille acquisivit. Si quis verō μίττα λύπης cum  
 molestia id faciat, minus. Et cūm difficilior sit ad  
 habitum actiones inchoare, in his imprimis, ea-  
 rundem q̄s continuatione laborandum concludi-  
 mus. lib. 2. c. 3.

## XXXII.

Hinc acquisitæ per actiones virtutis definitio fe-  
 quitur, quæ est, ἔστιν ἀρετὴ ἢ ἀρετὴ ἔστιν ἀρετὴ καὶ ἄλλοι  
 μεσότητι ἔστι τῆ πρὸς ἡμᾶς ἐπισημνῆ λόγῳ καὶ ὡς αὐ-  
 φρόν. μετ' ἐπίσθεν, virtus est habitus, cum electione,  
 & quidem in mediocritate illa, quæ secundum nos  
 est constitutus, Ratione recta etiam definitus, &

b b b b

ut



ut sanè vīr prudens definiuerit. lib. 2. Eth. N. c. 6.  
& magn. moral. c. 24.

## XXXIII.

Forma igitur virtutis est, ἡ μεσότης mediocritas,  
quæ duplex est. altera ἔστι πρὸς τὰ πράγματα, id est, rei;  
altera ἡ πρὸς ἡμᾶς, id est, mediocritas secundum  
nos. λέγω δὲ ἔστι μὲν πρὸς τὰ πράγματα μέσον, τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ'  
ἐκείνων τῶν ἄκρων ὅπως εἰν ἐν, καὶ ταυτὸν πάντων. id est, me-  
dium rei dico quod planè æqualiter ab extremis  
abest, quod omnibus unum & idem est. πρὸς ἡμᾶς  
τὸ, ὃ μήτε πλεονάζει, μήτε ἐλλείπει τῷ ἴσῳ ἐν ἑαυτῷ  
ταυτὸν πάντων. Medium autem secundum nos illud est,  
quod neque excedit, neque deficit. Tale autem  
neque unum est, neque idem omnibus. lib. 2. Eth.  
N. c. 6.

## XXXIV.

Prudenter autem monet philosophus; ὅτι πάντα  
ἐπιδέχεται πρᾶξις, ἐπεὶ πάντα πάθη τὴν μεσότητα. nec  
γὰρ ὄρθος, ἀνόμοισι σωεπιληδία μετ' τῆς φαυλότητος,  
οἷον ἐπιχαιρεκακία, αἰσχυρία, φθόνος καὶ ἐπιτῶν πρᾶ-  
ξεων μοιχία, κλοπή, ἀδρόφονία, id est, non omnis  
sanè actio. neque affectus omnis ejusmodi agno-  
scit mediocritatem. Quidam enim sunt affectus,  
qui statim cum ipso nomine pravitate implican-  
tur; ut malevolentia, impudentia, & invidia, item-  
que actiones, ut adulterium, furtum, homicidi-  
um. lib. 2. Eth. N. c. 6.

## XXXV.

Etenim ut vicissim cum philosopho loquamur,  
πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται, τὰ αὐτὰ φαῦλα εἶναι  
ἀλλ' ἔχει αἰ ἐπερβολαὶ αὐτῶν ἐπεὶ αἰ ἐλλείψεις. Ἐστὶ γὰρ ἐπί-  
ποτε αὐτῶν κατὰ τὸν ἀλλ' αἰ ἀμαρτάνην, id est, cun-  
cta ejusmodi sanè sic dicuntur, atque appellatur.  
Quia non excessus ipsorum aut defectus; sed ipsa  
mala



ARISTOTELIS. 17

mala sunt : ut nullo modo possit quispiam in ipsis rectè agere : sed peccare semper necesse sit:

XXXVI.

Cum igitur virtus medium sit inter extrema duo, quæ sunt ἡ ὑπερβολή, id est, excessus, & ἡ ἐλλείψις, defectus; sanè magis adhuc τὰ ἀκρεῖα, id est, ipsa extrema inter se pugnant, quàm alterum, atq; alterum cum medio virtutis. Contraria enim maximè inter sese distant. lib. 2. Eth. N. c. 8. lib. 4. c. 4. & 1. mag. mor. c. 9.

XXXVII.

Ut autem scopum attingere non est cuiusvis : ita sanè medium assequi maximè est difficile, quæ pro re philosophus hosce tres assignat canones. 1. τῶν ἀκρεῶν πότερον ἀμαρτωλότερον εἶναι, id est, Quodcumque extremum magis à medio recedit, majusque est peccatum, ab eo studiosius recedendum est, & versus alterum magis declinandum. 2. Ad quod extremum τῆ φύσιν ἀκατάφοροι μάλιστα, id est, ad quod à natura procliviores sumus, ab eo vicissim versus alterum magis recedamus. 3. Voluptas ubique sanè fugienda est, eiq; imprimis resistendum. ἔστι δὲ οἱ ἕκαστοι κρείνομεν αὐτῶν, ὡς ἐν τῆσιν ἡμῶν συνειρημαμένῳ, id est, neq; enim & connutrita eandem judicamus utputa, quæ à teneris quasi unguiculis nobis inhaeret intallata singuli. lib. 2. Eth. N. c. 8. & 2. c. 9. 1. Rhetor. ad Theod. c. 6. magn. mor. 1. cap. 8.

XXXVIII.

Atq; hætenus quidem illam in definitione virtutis particulam explicavimus, quæ mediocritatem respicit, & ostendit; sequitur etiam ἀπαρσιότης, à quo εἶναι ἀπαρσιότης virtus dicitur, quædam explanatio, quæ ipsa cum sit ἐκκένον, id est, spontaneum

bbbb 2

quid-



quiddam, de hoc ipso dicendum initio fuerit. lib. 3. Eth. N. com. c. 1. & 3.

## XXXIX.

Verissimum autem illud esse nemo inficiabitur, ὅτι παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα δαίνονται, id est, contraria juxta se posita magis elucescant; ideoque ἐπὶ ἀκείνῃ τῇ ἐκείνῳ ὀπίθετο, pro meliori hujus ipsius intellectu à principio, inquiremus, præsertim cum τὰ ἀκείνῃ nobis etiam notiora sunt, & τῶν ἐκείνῳ cognitionem monstrare possint lib. 1. Eth. N. c. 4. lib. 3. c. 1. 2. de anim. c. 2. 4. metaph. c. 1.

## XL.

Dicuntur igitur τὰ ἀκείνῃ τῇ βίᾳ ἢ ἀπὸ ἀγνοίας γινώσκοντα, id est, invita, quæ vel per violentiam, vel per ignorantiam fiunt. τὸ βίαιον, id est, violentum, vicissim dupliciter sese habet. ἢ γὰρ ἀπλῶς λεγόμενον ἴσῃ, ἢ μικτόν, id est, vel simpliciter violentum dicitur vel mixtum, & secundum quid. Simpliciter ac verè & propriè dictum violentum illud secundum philosophum est, ἢ ἡ ἀρχὴ ἕξωθεν, τοιαύτη ἔσται, ἐν ἣ μὴδὲν συμβάλλεται, ὁ πράττων ἢ πάσχων, id est, cujus principium planè extraneum est, ita ut nihil conferat ad id faciens, vel patiens. lib. 3. Eth. N. c. 1.

## XLI.

Mixtum autem, vel secundum quid illud dicitur, ἐν ᾧ μικρόν τι συμβάλλεται ὁ πράττων, id est, in quo parum sane aliquid confert ipse agens. Unde etiam ex sententia philosophi ejusmodi actiones mixtæ sunt appendix, & non incommodè respectu ejusmodi licet exigui, ad actionem collatæ ad spontaneum referri etiam possunt. lib. 3. Eth. N. c. 1. lib. 2. c. 7. lib. 1. magn. mor. c. 4. & 13.

## XLII.

Ubi diligenter notandum, minimè ea, quæ vel per



per & propter iram, vel cupiditatem, vel jucunditatem fiunt, invitè quidem facta esse censenda. *μελοϊον γὰρ τὸ αἰσῶδες τὰ ἔκτ' ἄλλα μὴ αὐτῶν, οὐδ' ἕρπετον ὄντα ὑπὸ τῶν τοῖς τῶν καλῶν, ἐαυτῶν. Τῶν δὲ αἰσῶδων, τὰ ἡδέα ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι, ἔσ' ἀρχὴν ἔξωθεν, μηδὲν συμβαλλομένης βιασθέντος, id est, Ridiculum sanè est in externa potius causam referre, quàm in seipsum: quod hujuscemodi rebus facilè capiat, & honesta sibi, turpia jucundis adscribere. Videtur autem violentum id esse, cujus principium extrinsecus est, nihilque ad id confert ille, qui cogitur. lib. 3. Eth. N. c. 1.*

## XLIII.

Sequitur *Ἐὶ ἀγνοίας*, id est, de ignorantia, quæ duplex est, ἢ μὲν ἀγνοία τῆς καθόλου, ἢ τῆς καθ' ἑαυτοῦ id est, alia ignorantia est universalis; alia verò singularis. Universalis est illa, quam vulgò juris nuncupant, ac philosopho eadem dicitur, ἀγνοία ἐν ἀπορίᾳ latinis affectata ignorantia ejus, quod honestum est; quodque maximè unusquisque scire, & ante actionem attendere debet. Particularis verò illa est, quam τῆς πράξεως, ignorantiam facti usitatè appellant, ubi nimirum agens quasdam tantùm circumstantias ignorat singulares, ante susceptam actionem prævisas. Hæc excusat & invitum factum reddit; ista verò minimè. lib 3. Eth. N. c. 3. & 5.

## XLIV.

Quin etiam aliud est, secundum philosophum, καὶ ἀγνοίᾳ πρὸς τὴν, καὶ τὴν ἀγνοεῖν ποιῆσαι, id est, per ignorantiam facere, & ignorantem facere aliquid. Ignorans quidem agit is, qui dum agit, ignorat quidem; sed tamen actionis causa non tam est ignorantia, quam præter hanc aliquod aliud ad-junctum per quod illam sibi ignorantiam verò a-

b b b b 3

gens



EPITOM. LIB. ETHIC.

gens adscribere potuit. Per ignorantiam verò agit, cujus actioni ipsa ignorantia causam præbuit. Inde igitur nulla ducitur excusatio, neq; factum redditur invitum; hinc verò excusatio isto modo locum habere potest præsertim si ἀγνοια ἐπίλυπος ἐστίν, id est si ignorantiam subsequens dolor contestetur. l. 3. Eth. N. c. 5.

XLV.

Ex dictis hæctenus & præmissis sanè, quod spontaneum invito oppositum sit, facile elici poterit. *ἐκείνη γὰρ λέγω, ἣν ἡ φύξις ἐν αὐτῷ εἶδ' ὅτι τὰ κατὰ ἑκάστην, ἐν οἷς ἡ πράξις, id est, spontanea dico esse illa, quorum principium est & consistit in ipso agente, & quidem particularia, in quibus actio consistit, sciente atq; agnoscente. ibid.*

XLVI.

Licet verò omnis quidem *πρῶταις* sit ἐκείνη, id est, spontaneum quoddam; non tamen contra. *ἢ τῶν γὰρ ἄλλ' ἐπὶ πλείον ἢ ἐκείνην, id est, Non enim eadem planè sunt hæc; sed longè latius patet, atq; universalius est spontaneum, quàm electio. 1. ἢ γὰρ ἐκείνη καὶ πᾶσι καὶ τὰ ἄλλα κινῶν πρῶταις ἢ καὶ τὰ ἐξαιρητικὰ ἐκείνη μὴ λέγουσιν κατὰ πρῶταις ἢ* Etenim spontaneum pueris etiam, aliisque animalibus attribuitur. Electio verò minimè. 2. Et etiam, quæ subito fiunt, spontanea dicere possumus. Secundum electionem autem facta non dicuntur. *Ἐστὶ γὰρ ἡ πρῶταις ἐκείνη μὴ πρῶταις μόνον, id est, electio est, spontaneum quiddam cum prævia deliberatione, seu consultatione. lib. 3. Eth. N. c. 2. & 3.*

XLVII.

Neque verò de omnibus rebus consultatio est, *βέλους*; sed tantùm *πρὸς τῶν πρακτῶν, καὶ ἐφ' ἡμῶν καὶ οἰκίαν, καὶ ἐνδεχομένων, συζωτικῶν μόνον, ἢ ἀόριστον ἢ συνήθη, ἢ πρὸς τὰ τέλη ἢ βέλους*



βέλδους ἐστίν. id est, de rebus agendis & in nostra potestate suis, nosque attinentibus, & iis quidem contingentibus conjecturamque admittentibus, & indefinitum aliquid in se habentibus: non de ipso fine; sed de iis, quæ sunt ad finem ordinata, consultatio instituitur. lib. 3. Ethic. N. c. 3. & 1. magn. mor. c. 17.

## XLVIII.

Quanquam igitur ἡ προαίρεσις καὶ ἡ βέλδουσις ob- jecti generalis ratione convenire videntur, cum circa τὰ πρᾶγμᾶ utramque versari constat: differunt tamen à se invicem in primis tripliciter, 1. τῷ πρῶ- τῳ, id est, modo. Quia quorum est consultatio, ea adhuc incerta & indeterminata sunt. Quorum au- tem est electio, ea determinata jam & definita pro- ponuntur. 2. τῷ χρόνῳ, id est, tempore. Prior enim est βέλδουσις, id est, consultatio & deliberatio. Hanc consequitur ἡ προαίρεσις, id est, electio, ad quam ἡ πρᾶξις actio refertur. 3. τῷ ὑποκειμένῳ, id est, sub- jecto in quo. Etenim, ἡ βέλδουσις solius mentis est operatio, neque appetitum assumit. προαίρεσις au- tem conjunctim habet appetitum & voluntatem. Καὶ ὁρεξὶν γὰρ καὶ βέλδουσις προαιρέμεσθαι, id est, volentes ac cupientes aliquid eligimus. Unde etiam alias ὁρεξις διανοητικὴ appetitus intellectualis appellatur. lib. 3. Eth. N. c. 3. lib. 6. c. 2.

## XLIX.

Ex quibus aperta τῆς προαιρέσεως definitio hæc affertur, προαίρεσις ἐστὶν ὁρεξις βυλδουτικὴ ἐφ' ἡμῖν, id est, electio est appetitus deliberatus. & consultatus, & eorum quidem, quæ sunt in nostra potestate & à nobis fieri possunt. προαιρέτων γὰρ ἐστὶ βυλδουτῶν καὶ ὁρεκ- τῶν τῶν ἐφ' ἡμῖν, id est, quod eligitur est & dicitur, quod in deliberationem cadit, & appetitum habet eorum, quæ in nostra sunt potestate. ibid.



## L.

Ut igitur ἡ βύλδσις καὶ ἀποδείξις τῶν μὲν πρὸς τὸ τέλος ἐστὶ, id est, electio & deliberatio eorum est, quæ sunt ad finem: sic ἡ βύλησις ἔτελεσις ἐστὶ, id est, voluntas est ipsius finis. Cum duplex sit bonum, τὸ μὲν ἀληθὲς καὶ ἀποδείξις τὸ δὲ κατὰ φαινόμενον, aliud quidem simpliciter sic dictum & verum; aliud verò secundum quid & apparens: sanè utrumque voluntatis objectum dici oportet. Verum quidem, quatenus de natura sua bonum est simpliciter. Apparens autem, quatenus respectu hominis eligentis & volentis consideratur, nisi quod vir bonus verè semper bonum appetit. Mali autem jucunda pro bonis habent, doloremq; pro malo. 3. Ethic. N cap. 3.

## L I.

Quia igitur actionem humanarum causæ & principia modo enumerata in hominis sunt potestate; sanè virtutes etiam ipsas & vitia in ejusdem potestate consistere consequitur. Atque ita sua sponte bonos, vel malos, civilium actionum respectu homines esse contra opinionem Platoniorum & aliorum veterum, atque recentium figmenta concludimus.

Scalig. l. 1. de plant. ad Arist. p. 65. Habent se ista principia sic. 1. ὄρεξις, primus impetus, qui citetur ab objecto. 2. ὄρμηξ motus sequens, nondum illustratus ratione. 3. βύλησις continuatio illius motus ab objecti specie, id est à cognitione ad rem usque potiundam; aut agendam. 4. βύλδσις, id est, Voluntas postremo loco posita; sed formata rationibus. 5. ἀποδείξις autem est iudicium: quippe recursus consiliorum & comparatio cum aliis extremis. 6. Accedit cuncta hæc: ἀποδείξις, id est, receptio speciei: sequitur omnia 7. ἀποδείξις.

Sed



## LII.

Sed ut specialius de virtute morali posthac agamus differentiam, à formatione desumptam hanc proponimus. Alias nempe verè esse virtutes. Alias autem ad virtutis naturam proxime accedere, & has tamen rectius πάθη affectus dici, cum philosopho statuimus. Quarum prima est αἰδώς pudor, cuius vitium est in excessu, ἡ κατὰ πλεῖστον, impudencia est ἡ γέμεισις, id est, justa æmulatio, cuius extremum excedens est ὁ φθόνος invidia; deficiens ἡ ἐπιχειρηκακία, malevolentia, seu de malo gaudium. Quibus additur etiam ἡ φιλία amicitia, de qua plenius infra, libr. 3. Ethic. N. c. 5. & 7.

## LIII.

Veræ autem virtutes morales, rursus duplices esse deprehenduntur; aliæ perfectæ. Aliæ verò imperfectæ, & ut ita dicam, pugnantes. Vera virtus moralis & perfecta species continet undecim. λέγεται ὅτι τὰ ἅπαντα τὰ εἶδη ἐκ τῆς ἀναγραφῆς, id est, quarum enumeratio ex hac philosophi delineatione percipi potest. 1. ἡ Ἀνδρεία Fortitudo, ejus objectum sunt, τὰ φοβερά καὶ τὰ γυμνάσια, id est, terribilia & metum incurientia. Excessus hujus virtutis dicitur Θεραύτης Confidentia. Defectus ἡ Δολία, Timiditas. 2. ἡ Σοφροσύνη, Temperantia, cuius objectum est ἡ ἡδονὴ καὶ λύπη, Voluptas & dolor. Vitium excedens est ἡ Ἀκολασία, id est, Intemperantia. Deficiens verò ἡ Ἀναισθησία, Stupor 3. ἡ Ἐλευθεριότης Liberalitas, cuius objectum τὰ χρήματα, id est, opes, vitium in excessu ἡ Ἀστωλία opum intempestiva expensio, in defectu ἡ Ἀνελευθερία, Illiberalitas. 4. Μεγαλοπρέπεια Magnificentia, cuius objectum μεγάλα τὰ χρήματα, magnæ opes & divitiæ. Vitium in excessu Ἀπέροκαλία Luxus indecens; in defectu



ἢ Μικροπρέπεια, id est, Sordities. 5. Μεγαλοψυχία Magnanimitas, objectum hujus αἰ πρὸς honores. Vitium excedens ἢ Χωρότης Arrogantia & Fastus. Deficiens autem Μικροψυχία, i. e. nimia Extenuatio. 6. deniq; virtus Græcis αὐανυμετρία, id est, nomen non habet, Latinis Modestia videtur dicenda, cujus objectum αἰ πρὸς μικρὰ honores parvi & communes. Ab hac vitium in excessu declinat ἢ Φιλοπρία Appetitus honorum nimius. In defectu verò ἢ Ἀφιλοπρία, neglectus honorum. 7. Πρῶτης, Mansuetudo, cujus objectum ἢ Ὀργή Ira, vitium excedens ἢ Ὀργιλότης præceps & nimia Ira, Iracundia. Deficiens autem ἢ Ἀοργησία, nimia Lenitudo 8. itemque 9. & 10. objecti ratione conveniunt, & ὁμιλητικὰ δὲ τὰς virtutes in conversatione consuetæ aliâs dicuntur. Versantur enim ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῶν λόγων, καὶ τῶν πράξεων, id est, in communicandis dictis & factis, estque octava ἢ Ἀλήθεια veritas, cujus extremum vitium generali nomine dicitur ἀφροσύνη. Distinctum autem excessus quidem est ἢ Ἀλαζονεία Applausus præter decorum; defectus verò ἢ Εἰρωνεία, Simulatio. Nona est Εὐπείθεια jucunda conversatio. Vitium excedens est ἢ Βωμολογία, Scurrilitas. Defectus autem ἢ Ἀγροικία Rusticitas. Decima ἢ Φιλία Amabilitas, cujus excedens vitium est, ἢ Ἀρέσκεια vel Κολεσκεία Adulatio. Deficiens verò ἢ Δυσκολία Morositas. Undecima ἢ Δικαιοσύνη Justitia, cujus objectum sunt omnia bona externa distributiva & commutativa, τὰ ἀκρῶτα τῆς ἀδικίας Injustitiæ nomine significantur. lib. 3. Eth. N. c. 5. & seqq.

## LIV.

Ἡ γὰρ Ἀνδρεία ἐστὶν μετρίτης κατὰ φόβου καὶ θάρρους ἢ κατὰ θάρρα καὶ φόβου, Fortitudo est mediocritas, circa metum ac terrorem, vel circa terribilia ac timore



more plena. τὸ δὲ φοβεράτατον ὁ θάνατος. Res enim omnium terribilissima est mors, quam pro patriæ salute, causamque ob honestam fortis subire non veretur. Κυρίως δὲ λέγουσι αὐτὸ ἀδρεῖον, ὁ δὲ τὸν καλὸν θάνατον ἐπιφέρει μάλιστα δὲ κατὰ πόλεμον: Inprimis enim vir fortis dicendus est, qui à morte pulcherrima aliisque terrenis ejusmodi mortem inferentibus sibi non metuit, & hoc inprimis in bello, dico inprimis, quod etiam in aliis fortem exercere hanc virtutem contingere possit. Qui verò ab hac ipsa declinat, vel in excessum prolabitur, qui est ἡ ἡσυχία, vel in defectum, ἡ δειλία, lib. 3. Eth. 2. c. 7. lib. 2. c. 2. 6. lib. 1. magn. mor. c. 20. lib. 1. Rhetoric. ad Theod.

## LV.

Neque verò, qui mortem sponte subeunt, atque ita timere minus videntur, αὐτοχρῆς fortes sunt habendi; sed potius timidissimi, μαλακία γὰρ ἔστι τὸ φοβεῖν τὰ ἐπίπονα. Mollities enim quædam, & propter molestias potius concipitur, neque honestatis gratia, neque ex qua decet, ratione modoque; & conditione morti sese tradunt ejusmodi homines; quemadmodum simili respectu minus quoque fortes dici censemus illos, quos aut præmium, aut gloria honorque; aut experientia, aut consuetudo, aut affectus, aut spes vel etiam periculi ignorantia animosos efficit. lib. 3. Eth. c. 7.

## LVI.

Alia igitur Fortitudo verè & propriè dicta est; alia verò impropriè dicta, & quasi καθ' ὁμοιότητα, i. e. per similitudinè, qualè ex Philosopho quintuplicè colligimus, nempe τὴν πολιτικὴν. 2. καὶ τὴν ἀπὸ τῆν ἐμπειρίας. 3. καὶ τὴν ἀπὸ τῆν ἰαπίδα. 4. καὶ τὴν ἀπὸ τῆν ὀργῆν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆν ἄγνοια, i. e. Fortitudo quæ ad magistratū, vel civiliter propter honores, vel propter experientiam,

iam,



tiam, vel propter spem, & expectationem, vel ex ira, & indignatione, vel denique exinde, quod periculum vel minus sit perspectum, & cognitum, quorum illud respicere videtur, ἡ ἀμάθεια ἴσως ἀπὸ γάλλεται, id est, ignorantia audaciam parit, & Latinorum vulgatum est adagium, dulce bellum inexpertis. lib. 3. Eth. c. 8.

## LVII.

Cum autem omnis virtus circa maximè difficilia imprimis versetur, etiam Fortitudo ob id magis circa τὰ θοβερὰ, quam circa τὰ θαρραλῆα conspicitur, videlicet in iis, quæ ad finem faciunt, maximè cum molestiæ & dolores incidant; tamen in fine ipso honesta obviat jucunditas. libr. 3. Ethicor. capit. 9

Subnotetur, quod Scalig. habet l. 1. ad Aristot. de plant. p. 65. & 66. Actio est, cum agimus & cum facimus, & cum patiamur; quod admirabilius est: & quod maximè mirum, etiam cum agere nolumus. Horum duum posteriorum natura lexque talis est, ut alterum constituat fortitudinem: alterum temperantiam. Nam qui fortiter tolerat incommoda pro patria, patitur. Ea passio περὶ αἰσῶν quædam est: alioqui non esset virtus, aut Virtutis. Cum verò abstinemus ab actione, jussu rectæ rationis, tunc est ea actio, qua constituitur Temperantia. Hoc enim agimus, quod non agimus. Qui potest id? Constituitur animus in ea statione studiosa, cum à flagitioso cursu inhibetur. Ita in fortitudine firmatur ad patiendum.

## LVIII.

Σωφροσύνη quam sic dictam esse accepimus ἀσώζουσαν τὴν φρόνησιν, id est, quasi virtus prudentiam adjuvans, & conservans, ἡ ἐπιμαρτύρησις τῆς ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἢ πόνῳ καὶ κατ' ὀργίαν ἐν ταῖς λύπαις, id est, Tem-



Temperantia est mediocritas, circa voluptates. Minus enim hæc virtus circa dolores est, & non æqualiter ut circa voluptates. Siquidem vicissim circa difficiliora virtus est, & sanè voluptatibus resistere longe est difficilius, quam moderatè dolores propter voluptatis absentiam perferre. libro 2. de Eth. N. capit. secund. libro 3. cap. 13. libr. 1. mag. mor. cap. 27.

## LIX.

Sunt autem duplices voluptates, αἱ μὲρ τῆς ψυχῆς ἀνίμου, quæ ad Temperantiam non pertinent; αἱ δὲ σώματ' ἴσθηται, id est voluptates corporis, quæ aliàs dicuntur αἱ αἰσθητικαί, id est, sensiles, utputa sensibus ut corporeis instrumentis perceptibiles, & circa hæc versatur ἡ σωφροσύνη: non tamen omnes, sed illas potissimum, quæ ἀφῆ, καὶ γούση, id est, in gustu atque tactu, & maximè in tactu consistunt. Unde præclare Philosophus, αἰεὶ τὰς τοιαύτας δὲ ἡδοναῖς ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀκρολασία εἰσιν, ἃν καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα κτηνῶν εἰ, ὅθεν αἰδραποδώδες καὶ θηελώδες φαίνονται αὐτὰς ἢ εἰσιν ἀφῆ καὶ γούσις. φαίνονται ἢ καὶ τῆ γούση ἐπὶ μικρὸν ἢ ἔθεν ζῆσθαι, id est, Temperantia circa illas versatur voluptates, & cum hac ipsa etiam Intemperantia, quarum cætera quoque animalia capacia sunt, & inde mancipia quasi bruta homines etiam redduntur, quales sanè in primis sunt secundum tactum & justum, & parum sane in gustu, plurimum autem in tactu. libr. 3. Eth. N. c. 13. lib. 2. c. 7.

## LX.

Ab hac igitur, in primis circa voluptates, mediocritate, duo antea etiam assignata τὰ ἀκρα delectant, quorum alterum excedit, & ἀκρολασία dicitur, quæ vox à pueris translata est, quorum cupiditates εἰς ἡ κρολασμοῦ, nondum domitæ sunt, unde



unde fit ἀκόλας ☉, nondum domitus, à quo ἀκολασία descendit. Alterum autem à medio eorum deficit, & ἀναίδησις dicitur, quorsum imprimis illa Philosophi verba facere videntur, ἐλλείποντες ἢ φύσιν πρὸς τὰς ἡδονάς, ἢ πᾶν γίνονται, διότι ἔτε ἔτοι ὄνομα τῆς τετυχήκασιν ἔσωσιν ἢ ἀναίδητοι, id est, deficientes, inquit, circa voluptates non omnino sunt frequentes, propterea etiam tales proprium nomen non acceperunt, dicantur tamen stupidi. lib. 2. Eth. N. c. 7. lib. 3. Eth. e. ult.

## LXI.

Ἐλευθεριότης ἢ μεσότης εἰ πρὸς τὴν τῶν ἰζημάτων δόσιν καὶ λήψιν, id est, liberalitas est mediocritas circa opes expetendas & accipiendas. Ita tamen ut vicissim hic illud notetur, ὅτι πρὸς τὰ χαλεπώτερον ἢ ἀρετῆ. Quod virtus imprimis sit circa difficiliora, & propterea in dando potius sit liberalitas, quam in accipiendo. Illud enim; quam hoc difficilius. lib. 2. Eth. N. c. 7. 8. lib. 4. c. 1. lib. 1. magn. mor. c. 23. lib. 2. Pol. c. 3. lib. 1. Rhet. ad Theod. c. 9.

## LXII.

Peccatur circa hanc virtutem in excessu quidem κατὰ τὴν ἀσολίαν, id est, per luxuriam. In defectu autem κατὰ τὴν ἀνιλευθερίαν, id est, per illiberalitatem avaram & tenacem. Inter quæ tamen duo extrema magis adhucis peccat, qui in defectu laborat, quam alter, qui in excessu, nempe ὁ ἄσολος ☉. διὰ τὸ γὰρ ἔτε ἔτοι ὑπὸ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς ἀπορίας, καὶ ἐπὶ τὸ μῆτρον δυνάμει χεῖρον. ἐχθρὰ τὰ ἔλευθερία καὶ γὰρ δίδωσι, καὶ ἔλαττω βλάβη ἢ δούτερον ἢ ὡς δεῖ ἔτε ὄ, id est, sanabilis enim hic est, & peccatorem, perque rei conditionem, emendari posse à potest, & ad medium pervenire, nempe ad temperantiam. Habet enim in se id, quod maxime etiam temperantis est, siquidem datur non verò accipit, ac utrum tamen recte facit, & ut deceat. Quin etiam propterea ὁ ἄσολος ☉ id est, pro-



digus avaro melior reputabitur merito, ὁ δὲ ἄριστος ὁφίλητος ὁφίλητος, ἔδιναι δὲ ἀνελκυσία, id est, prodigus quidem multis prodest; avarus autem minime. lib. 4. Eth. N. c. 1.

## LXIII.

Μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει πρὸς τὴν δαπάνην ἐστὶ, id est, Magnificencia est virtus, quæ secundum decentem rationem sumptus magnos expendit, seu est virtus in magnitudine & amplitudine sumptuum excellens, libr. 4. Eth. N. cap. 2. libr. 1. magn. mor. c. 26. lib. 1. Rhet. ed Theod. c. 9.

## LXIV.

Licet igitur idem objectum Magnificencia habeat cum Liberalitate, tamen per τὸ μέγα illud ipsa manifestè restringitur, maximeque à liberalitate in tribus Magnificencia distinguitur. 1. τῷ πρὸς τὸ κατ' ὑποκειμένον καὶ τῇ πρὸς τὸν, id est, modo & quantitate subjecti. Magnificencia enim non circa quælibet; sed circa μεγάλα τὰ χρήματα, id est, opes magnas & amplas versatur. Liberalitas verò parvis opibus contenta est. ibid.

## LXV.

2. Ταῖς ἐπιχειρήσεσιν, id est, actionibus propriis. Liberalitas enim & dat & accipit, Magnificencia autem non tantum non accipit, sed etiam non simpliciter dat, quodcumque; aut qualecumque; sed magnos sumptus expendit.

## LXVI.

3. Τῇ ἀπολαύσει καὶ χρόνῳ, id est, consequentia ratione, & temporis ordine. Magnificencia enim præsupponit liberalitatem: sed hæc non contra illam statim præsupponit, atque ita omnis quidem magnificus liberalis fuerit: Sed non vice versa. ibid.

Contra



Dontra hanc virtutem ὁ ὑπερβάλλων, id est, qui excessum committit, εἰς ἀπεροκαλίαν, in luxum & indecorum & magnarum opum atque sumptuum profusionem nimiam incidit, quæ vox εἰς τῆς ἀπείρας & κελῆς, id est, nimia ostentatione atque affectatione magnificentiæ denominatur. ὁ δὲ ἐλαττωμένος is verò, qui ab eadem virtute deficit, quod μικροπείρωτος, id est, parvifacientiam vel sorditiem appellant lib. 2. Eth. N. cap. 7. lib. 4. Eth. c. 2. lib. 1. mag. mor. c. 16.

## LXVIII.

Μεγαλοψυχία δὲ ἐστὶν μεσότης πρὸς ταῖς πράξεις μεγάλας, id est, Magnanimitas est mediocritas circa honores magnos & illustres. ὁ μεγαλόψυχος ἐστὶν ὁ μέγαν αὐτῶν ἀξιών ἄξιος. ὁ δὲ ὡν magnanimus est, qui cum magnis dignus sit, magna sibi ipsi attribuit, vel talibus & tantis se dignum existimat. lib. 4. Eth. N. cap. 7. libr. 1. magn. mor. cap. 2. lib. 1. Rhetor. ad Theodect. cap. 9.

## LXIX.

Ab hac illustri virtute qui deficit, μικροψυχος dicitur, is nimirum ὁ ἀξίος ὡν ἀγαθῶν, ἰσὺς δὲ ἀπείρας, ὡν ἀξίος ἐστὶν, id est, qui bonis, quibus dignus est, semetipsum indignum facit. Qui verò excessum committit, χυλῶν ἐστὶν ὁ μέγαν αὐτῶν ἀξιών ὡν ἀξίος ἐστὶν, ἢ λίθι καὶ ἑαυτὸν ἰγνώων, id est, clarus est, & inflatus, qui magna sibi attribuit, nisque dignum se prædicat, cum tamen indignus sit, & seipsum ignoret. Maximè igitur Delphicum illud hic attingere videtur, γνώθι σεαυτὸν, lib. 4. Eth. c. 3. Plat. in Protag.

## LXX.

Ult autem circa magnificentiam sese habet Liberali.



ralitas: sic ad magnanimitatem alia quædam virtus, Græcis *αἰώνιο*, Latinis Modestia dicta sese representat. Etenim non secus ac Magnificencia circa opes magnas. Liberalitas autem circa remissiores versatur. Sic cum in Magnanimitate honores magni & illustres attendantur, alia hanc sequitur virtus, ad quam mediocres tantum honores referuntur, nimirum modestia, quæ est *μισότης ἐπὶ ταῖς πράξιν μικραῖς*, mediocritas circa honores parvos & remissos, seu appetitus honoris moderatus. lib. 4. Eth. N. c. 4.

## LXXI.

Ab hac virtute qui versus excessum declinat, vitium committit, quod *φιλοπρέια* nuncupatur, Lat. Ambitio. Honor enim ceu beatitudo a multis existimatus. Cujus cupiditate nimia qui capiuntur, dicti sunt ambitiosi, eò quod nihil relinquunt intentatum, movent omnia: non solum omnem lapidem, ut cæteris antecellant. Hoc vitium est. Cujus contrarium multis vocibus declarari, nulla signata appellatione circumscribi potest. Nam *σοφία*, ignavia & inertia & illud comprehendit cum illo alia. Scalig. l. 3. Poet. c. 20. Qui autem versus defectum prolabitur, *ἀφιλοπρέια* designat; quæ tamen duo extrema, cum ipsa virtus certum non habeat nomen sibi impositum, sæpè honesto modo in virtutis sensum à Græcis accipiuntur. lib. 4. Eth. c. 4.

## LXXII.

Sequitur *ἡσυχία*, mansuetudo quæ definitur quod sit *μισότης ἐπὶ ταῖς ὀργαῖς*, id est, mediocritas circa iram, lib. 2. Eth. N. c. 7. & lib. 4. c. 5.

## LXXIII.

Ab hac virtute vitium in excessu declinans est,

εεεε

ὀργη



ὀργιλότης, Iracundi. In defectu autem peccat ἡ ἀοργησία Lenitudo, & ἀπὸ τῆς ὀργιλότητος οἱ ὀργίλοι δὶκνύονται, ἰδίως λεγόμενοι, iracundi proprie sic dicti, οἱ ταχέως μὲν ὀργιζόμενοι· παυόμενοι δὲ καὶ ταχέως, id est, qui subitè irascuntur; subitoque etiam quiescunt, & iram remittunt, quos alias Græci ὀξείς καὶ ἀκροχόλας nuncupant.

## LXXIV.

2. Οἱ πιρροὶ acerbi verò, οἱ δυσδιάλυτοι πολὺν χρόνον ὀργίζονται. Κατέχκει δὲ τὸν θυμὸν. παύλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀναποδιδῶ. εἰσι δὲ τριῖτοι ἐαυτοῖς ὀχληρότατοι καὶ τοῖς μέλειται φίλοις: sunt illi, qui difficulter iram remittunt, longoque tempore continuant, neque desinunt irasci, nisi vindictam retribuunt, suntque ejusmodi sibiipsis onerosi, & inprimis amicis. lib. 4. Ethic. c. 11.

## LXXV.

3. Denique οἱ χαλεποὶ, difficiles, χαλεπὸς δὲ λέγεται μὲν τὸ εἶναι οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντος, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ πλείω χρόνον καὶ μὴ ἀφελκαστομένους, ἀνδραγαθίας ἢ κηλάσεως. Difficiles autem & austeri dicuntur, qui in illis rebus, in quibus minimè decet, difficiles se præbent, & magis; quàm decet, justoque etiam & longiore tempore, neque desistunt sine vindicta, & animadversione. ibid.

## LXXVI.

Sequuntur virtutes tres, ὀφειλιμότης, id est, ad specialem hominum conversationem spectantes, quarum prima apud Latinos Humanitas, vel Comitas dici potest, apud Græcos verò ὀνομαζομένη δὲ πρὸ δέδοται αὐτῇ ἑ. ἕσπετος δὲ μέλειται φίλων, id est, nomen si aliquod peculiare attributum non habet, similis tamen inprimis apparet amicitiae, unde & amabilitas superius à nobis fuit nuncupata. lib. 4. Ethic. N. cap. 12.



## LXXVII.

Est autem Humanitas *μεσότης πρὸς τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας, τὰς ἐν ταῖς ὀργαῖσι γινώσκουσα*, est virtus, quæ in conversationibus hominum doloris ac voluptatis mediocritatem servat; ut quantum fieri potest, honestè conversetur, neminemque offendat, honestèque in verbis, gestibus vel factis delectet, ibi cap. 12.

## LXXVIII.

Huic virtuti in excessu vitium repugnat, ἢ *δυσκολία καὶ κολακεία* Adulatio. In defectu autem ἢ *δυσκολία* Morositas. lib. 4. Eth. N. c. 6. Suntque imprimis obvia & aperta adulationis hæc signa, commendare & prædicare præsentem, bona, virtutesque supra modum extollere, mala & vitia refutare, aliequare, suppressere, dolentibus graviter condolere. lib. 2. Rhet. ad Theod. c. 6. Verè enim adulator is dicitur, qui admirari res nostras & amare sese fingit, lib. 1. Rhetoric. ad Theod. cap. 11. Qui autem omnino discedit a facilitate, seque tristem rebus omnibus præbet, is morosus & difficilis putandus est. lib. 2. Eth. c. 7.

## LXXIX.

Altera virtus *ἀμεταβλητή* secundum Philosophum propriè quidem loquendo, vicissim *ἀνώμαλος ἐστὶ καὶ αὐτή*, id est, nomen quoque hæc ipsa non habet: dici tamen posse videtur interpretibus *ἀλήθεια ἢ πρακτική ἢ ἠθική*, id est, veritas moralis, vel rectius Latinis candor & integritas, seu sinceritas, estque mediocritas in verborum & rerum congrua veritate consistens. lib. 2. Eth. N. c. 7. lib. 4. c. 14. Qua virtute qui præditus fuerit, *μέσος ἐστὶν αἰθέρος ὅτι ἐν ἀληθείᾳ καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ τὰ ὑπερβαίνει ὀρελογῶν, καὶ ὅτι αὐτὸν, καὶ ὅτι μείζων ὅτι ἑλαττον* id est, Mediocritatem servat sui que similis semper est, sincerus & candi-



candidus, in vita & sermone ea, quæ sunt, prote-  
stans & profitens ita, ut apud se habet, nihil ad-  
dens, nihil etiam subtrahens, lib. 4. Eth. N. c. 7.

## LXXX.

Vitium verò ab eodem virtute in excessu decli-  
nans, ἀλαζονεία jactantia dicitur; in defectu posi-  
tum dicitur εἰρωνεία simulatorio: Ab hac quidem  
ὁ εἶρων; ab illa verò ἀλαζόν denominatur. Δοκεῖ γὰρ ὁ  
μὲν ἀλαζόν παρρησιαστικὸς εὐδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπερχόν-  
των, καὶ μετρίων, ἢ ὑπάρχει, id est, videtur sanè ejus-  
modi jactabundus esse, qui ex præclaris sese esse  
simulat, & tamen non ita in rei veritate sese ha-  
bet, longeque minus, ὁ δὲ εἶρων ἀπάτην ἀρνήσασθαι  
ὑπάρχει, ἢ ἐλάττω πρῆν. Simulator autem contra  
sese habet, eaque, quæ sunt, negat, aut longe  
minora & humilia efficit. lib. 4. Eth. N. c. 7. lib. 1.  
magn. mor. c. 33.

## LXXXI.

Tertia virtus ὀρειλίκη sequitur, scil. ἡ ἀτραπλία  
urbanitas. ἔστι δὲ μεσότης κατ' ἐπιδειξιότητά εἰς τὴν ὀρειλίαν  
τὴν ἐμμελιῆ, καὶ ὅσα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς ὀμνίως δὲ, καὶ ἀκρί-  
φ. Est autem mediocritas dextrè conversandi cum  
aliis, salesque & jocos quales & quemadmodum  
debet, & dicere & audire. Et ab hac virtute οἱ ἐμ-  
μελεῖς πίζοντες, ὁπότε πάλαι παρρησιαστικὸν εἶναι, id est, si  
qui dextrè jocantur, exinde jucundi cognomi-  
nantur, & accommodabiles, libr. 4. Ethicorum  
N. c. 8.

## LXXXII.

Oppositum autem virtuti huic vitium in ex-  
cessu quidem βωμολοχία scurrilitas dicitur. Defi-  
ciens autem ἀγροικία, Rusticitas. Hinc ἄγριοι καὶ  
σκληροὶ rustici & duri homines, inde βωμολόχοι  
καὶ φορλῆγοι, scurræ & lascivi cognominantur, libr.  
4. Ethicorum



4. Ethic. N. cap. 8. libr. 3. Rhetoric. ad Theodect.  
cap. 18.

## LXXXIII.

Ad virtutes hasce ὀμηλικαὶ proximè accedere  
etiam videtur αἰδώς, quæ ut supra etiam dictum,  
non sanè virtus; sed potius affectus: ὀρίζεται γὰρ φό-  
βος τῆς αἰδοξίας. id est, est timor quidam & metus le-  
sionis in existimatione; seu, ut aliàs ex Philosopho  
colligitur, est imprudentiæ & stuporis mediocritas,  
quæ quidem circa actiones est & sermones. libr. 4.  
Eth. N. c. 9. & 1. mag. mor. c. 29.

## LXXXIV.

Ὅτι πάσι δὲ ἡλικίῃ τὸ πάθος ἀρεμότης ἀλλὰ τῆ νῆ,  
id est, non omni verò ætati affectus hic pudibun-  
dus convenit, sed juvenili, οἰόμεθα γὰρ δεῖν τὰς τιλι-  
καύτας αἰδήμονα εἶναι ἀπὸ τὸ πάθος ζῶντας πολλά ἀμαρ-  
τανία. ἰσὸς τῆς αἰδώς δὲ καλύεσθαι, id est, Existima-  
mus enim ejus ætatis homines pudere imprimis  
debere utputa, quando per affectus viventes  
multa peccare possunt; per pudorem autem pro-  
hibere.

## LXXXV.

Unde rectè cum Philosopho: ἐπαινεῖται τὸν νεόν  
τὸν αἰδήμονα πρὸς βύπρον δὲ εἰδὲς αὐτὸν ἰπαιεῖται, ὅτι αἰχύν-  
τηλος. εἰδὲν γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πρὸς αἰτῆν ἀφ' οἷς ἐστὶν  
αἰχύνη, id est, Laudamus sanè juvenes, pudore  
dam afficiuntur. Senem verò qui pudore afficia-  
tur, nemo laudaverit, idque propterea, quòd me-  
ritò nullam in ejusmodi senem actionem cadere  
debere statuamus eorum, quibus supervenire pu-  
dor potest, lib. 4. Eth. c. 9.

## LXXXVI.

Prout autem virtutum, ita quoque hujus affe-  
ctus duo sunt τὰ ἄκρα, id est, extrema vitia, quo-  
rum



rum alterum in excessu peccans est ἡ κατάπληξις, id est, stupor, quo aliquis in nimium rapitur pudorem; & quidem ob causam minus sufficientem: alterum verò in defectu αἰσχυρία nuncupatur id est Impudentia. Quorsum illud Comici pertinet, illum periisse puto, pudor cui perit. lib. 4. c. 9.

## LXXXVII.

Nunc verò ulterius ἢ περὶ δικαιοσύνης εἶπομεν, id est, de Justitia etiam dicemus. Ἐστὶ δὲ δικαιοσύνη ἡ ποιότης ἕξις, ἀφ' ἧς πρακτικῶς τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγεῖσι καὶ βέλονται τὰ δίκαια, id est, justitia est habitus, secundum quem ad actionem justam idonei sumus, & justè agimus, simulq; justa volumus, ὡν αὐτὸν δὲ σέβον καὶ ἀπὸ ἀδικίας, id est, eodem modo autem & de Injustitia dicendum. Contrariorum enim eadem est cognitio, lib. 5. Eth. c. 1.

## LXXXVIII.

Est autem Justitia duplex, ἡ μὲν καθόλου, id est, universalis, quam Philosophus νόμιμον appellat, Legalem scilicet: ἡ δὲ κατὰ μέρος, id est, particularis, quæ propriè est ἰσότης Æqualitas; sic eodem vicissim modo ἡ Ἀδικία, injustitia ἡ μὲν ὅλη Universalis, quæ αἰσμία dicitur: ἡ δὲ κατὰ μέρος, & particularis, αἰσίοτης Inæqualitas, lib. 5. Eth. c. 1. 2.

## LXXXIX.

Universalis igitur Justitia ἡ μὲν δόξασθαι: ἀλλ' ὅλη ἡ δόξασθαι, id est, non est Pars virtutis, & portio quædam; sed tota est virtus. Unde etiam apud Stobæum συναγωγή τῶν δόξασθαι collectio virtutum dicitur; eodem modo & universalis injustitia ἡ μὲν κακίας ἀλλ' ὅλη ἡ κακία, lib. 5. Eth. c. 1.

## XC.

Αὐτὴ μὲν ἐν ἡ δικαιοσύνη δόξασθαι ἐστὶ τελεία, καὶ κερδίση καὶ καλλίστη τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐστὶ ἐπιτελεῖται, καὶ ἐστὶ ἐπιτελεῖται, ἐστὶ θωροῦσθαι, καὶ παρρησιασθαι τῇ φήμῃ, ἐν ἡ δικαιοσύνη συλλήθηται.



ἀνθρώπων, τῶν δὲ ἀρετῶν ἡσὶ: id est, hæc ipsa justitia perfecta est virtus, & præstantissima ac pulcherrima virtutum, ita ut non Hesperus, neque Lucifer tam merito fulgeat splendore. Unde etiam communi versiculo hæc parœmia testata habetur, justitia in sese virtutes continet omnes. lib. 5. Eth. N. c. 1.

## XCI.

Cùmque re ipsa universalis justitia cum virtute sit eadem; tamen ab hac τῶν λόγων, id est, ratione ita differt, ut quatenus habitus ille moralis absolutè, & in se simpliciter consideratur, sit virtus. Quatenus autem respectivè πρὸς ἕτερον, ad eum scilicet, erga quem exercetur, consideratur, sit & dicatur justitia. lib. 5. c. 1.

## XCII.

Particularis verò justitia, est constans & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi, estq; duplex, ἢ μὲν Διανεμητικὴ ἢ ἐν ταῖς Διανομαῖς τῶν μερισμάτων. ἢ δὲ Συναλλακτικὴ, ἢ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικὴ, alia justitia est distributiva; alia verò commutativa. Distributiva quidem, quæ in rerum dividendarum distributione consistit; commutativa verò, quæ in contractibus dispensationem administrat, lib. 5. Eth. N. c. 2.

## CXIII.

Τῶν δὲ συναλλαγμάτων τὰ μὲν ἐκείσται τὰ δὲ ἀκέραιά ἐστιν, id est, contractus quidem sunt duplices; alii sunt voluntarii, seu spontanei; alii verò non spontanei. Εκείσται μὲν λέγεται, ὧν ἡ ἀρχὴ ἐκείσται, spontanei contractus dicuntur, qui inter volentes fiunt, & consentientes, cujusmodi sunt venditio, emptio, permutatio, sponsio, depositio, conductio, etc. Inviti autem contractus qui fiunt vel à nolentibus, vel ignorantibus, & hi duplices sunt, τῶν γὰρ ἀκέραιων λέγεται συναλλαγμάτων, τὰ δὲ βία, id est, alii contractus



clandestini sunt, ut furtum, veneficium, servorum seductio, dolosa caedes: vel violenti, ut flagellatio, vincula, rapina, conuitium, ludibrium. Ubi notandum, Philosopho  $\text{\textcircled{\scriptsize \sigma\upsilon\upsilon\alpha\lambda\lambda\acute{o}\gamma\mu\alpha\tau\textcircled{\scriptsize \sigma}}}$  contractus nomen latius patere, qu $\text{\textcircled{\scriptsize \sigma}}$ m Jureconsultis, utputa, qui solos contractus spontaneos agnoscunt, ubi inter contrahentes mutuus de jure consensus requiritur. lib. 5. Eth. c. 2.

## XCIV.

Ut igitur omnis virtus in mediocritate consistit: sic etiam justitia  $\text{\textcircled{\scriptsize \epsilon\acute{o}\tau\eta\tau\eta\textcircled{\scriptsize \sigma}}}$   $\text{\textcircled{\scriptsize \alpha\iota\acute{\alpha}\lambda\omicron\gamma\eta}}$  aequali: estque hoc ipsum  $\text{\textcircled{\scriptsize \alpha\iota\acute{\alpha}\lambda\omicron\gamma\eta}}$  certa proportione constitutum; sed cum hoc discrimine, ut imprimis Justitia quidem distributivae conveniat  $\text{\textcircled{\scriptsize \alpha\iota\acute{\alpha}\lambda\omicron\gamma\eta}}$  &  $\text{\textcircled{\scriptsize \gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\iota\kappa\eta}}$  proportio in qua dignitas & aequalitas personarum & rerum quae sunt distribuendae, spectatur. Commutativae autem  $\text{\textcircled{\scriptsize \eta\acute{\alpha}\epsilon\iota\theta\mu\eta\tau\iota\kappa\eta}}$  in qua rerum permutandarum dignitas & aequalitas; non autem personarum, servatur atque attenditur. c. 4.

## XCV.

Incidit hic meritò etiam poenae talionis consideratio, quae Graecis  $\text{\textcircled{\scriptsize \alpha\acute{o}\tau\iota\pi\epsilon\pi\omicron\nu\theta\omicron\varsigma}}$  dicitur, & à Pythagoreis introducta est. Hæc igitur, si  $\text{\textcircled{\scriptsize \acute{\alpha}\pi\lambda\acute{\omega}\varsigma}}$  accipitur, minimè lanè pro justitia haberi & assignari potest. Quippe cum neque in justitia commutativa, neque in distributiva locum obtinere simpliciter queat; idque ob inæqualitatem diversam, tum in personis, quarum publicæ aliæ sunt, aliæ privatae; tum in actionibus, quarum aliæ invitæ sunt, aliæ spontaneæ. Analogica autem Talionis poena, seu legitimè & convenienter proportionata, cum justitia non pugnat, & imprimis commutativae convenit, quoniam ad certam aequalitatem analogicam facta fuerit reductio, lib. 5. Ethic. N. cap. 5.

Porro



## XCVI.

Porro à justitia etiam Jus τὸ δίκαιον Græcis, cu-  
jus contrarium est τὸ ἀδίκον injustum, descendit, est-  
que duplex, aliud ἰδίως καὶ ἀπλῶς λεγόμενον, jus  
simpliciter dictum, nempe τὸ πολιτικόν, jus civile;  
aliud τὸ κατ' ὁμοιότητα nempe τὸ οἰκονομικόν, jus do-  
mesticum, cujusstres quasi sunt species. 1. δίκαι-  
ον τὸ πατριον, jus patrium. 2. γαμικόν maritalē.  
3. τὸ δεσποτικόν, jus herile, sive dominicum. Hac  
enim ad similitudinem juris civilis simpliciter sic  
dicti, sese habere deprehenduntur. lib. 5. Ethicor  
N. cap. 5.

## XCVII.

Rursus autem τὸ πολιτικόν jus civile duplex est.  
I τὸ μὴ τυπικόν τὸ παύλαχῃ, τὴν αὐτὴν ἔχον δυνάμει, καὶ  
καὶ ἰσάμεως κινήθῃ κατ' αὐτὸ νομικόν τὸ κατὰ συνθήκην ὄν,  
id est, aliud est jus naturale, quod nimirum ubi-  
que valorem habet, & vigorem, neque unquam  
mutabile est per sese: aliud est positivum, quod se-  
cundum constitutionem erigitur, vicissimque  
mutari potest. lib. 5. Eth. N. cap. 7.

## XCVIII.

Cum jure autem proximè conjungenda est ἡ ἐπι-  
είκεια, seu Equitas, & Equum bonum. ἔστι γὰρ ἐπινοη-  
θῆναι τὸ νομίμον, εἰ ἐλλείπει ἀπὸ τοῦ κατ' ὄλγον, id est, Equi-  
tatis est correctio legis, ubi eadem propter univer-  
salitatem, seu generalitatem deficere deprehendi-  
tur, lib. 5. Eth. N. c. 7. & 10.

## XCIX.

Ab hac igitur dicitur ὁ ἐπιεικὴς ὁ ἀπολαμπτικὸς καὶ  
πρᾶξις τῶν δικαίων ἔστω ἡ ἀκελεύαστος ἐπὶ τὸ χεί-  
ρον ἀλλὰ ἰλαπρωδικαίῃ καὶ κατ' ἔξῃ τὸν νόμον βοηθῶν, id  
est, Equus qui eligit, facitque iusta, non tamen  
jus strictum adhibet; sed minuit, licet legem ha-  
beat



beat adjunctam. Atque hæc quidem de justitia jure  
& æquitate hæctenus. lib. 5. Eth. c. 10. lib. 1. Rhet.  
ad Theod. c. 13.

## C.

Post explicationem *ἄρετων τῶν ἠθικῶν*, id est, virtu-  
tum moralium, *ἢ τῶν ἀφαιρητικῶν ἐξήγησις*, id est expli-  
catio virtutum intellectualium sequitur, suntque  
virtutes intellectuales *οἷς ἀληθείη ἢ ψυχὴ ἢ καταφά-  
ναι ἢ ἀποφάναι*: Quibus verum mens dicit, & invenit  
affirmando, vel negando; Numero videlicet quin-  
que 1. τέχνη. 2. ἐπιστήμη. 3. ἢ φρόνησις. 4. σοφία. 5. *νῦν*,  
id est, intelligentia, scientia, ars, prudentia, sapi-  
entia, lib. 6. Eth. c. 1.

## CI.

*Ἐπιστήμη γὰρ ἐστὶν ἐξὺς ἀποδεικτικὴ καὶ ὅσα ἄλλα περὶ διο-  
ειζιμεθῶν ἐν τοῖς ἀαλυτικαῖς*. Scientia est habitus de-  
monstrativus, quorsum ea spectant, quæ aliàs et-  
iam è posterior. Analytic. 15. huic attinentia dixi-  
mus.

## CII.

*Πάντες γὰρ ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι ἐπιπέδον μὴ ἐνδέχου-  
σαι ἄλλως εἶναι*, id est, omnes sane hoc supponimus  
quicquid scimus, aliter se habere non posse. lib. 6.  
Eth. N. c. 3.

## CIII.

*Ἡ δὲ τέχνη ἐστὶν ἐξὺς μετὰ λόγους ἀληθῆς ποιητικὴ*, id est,  
ars est habitus cum ratione vera effectivus. *Ἐὰν γὰρ  
τέχνη πᾶσα περὶ γίνεσθαι καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ ποιεῖν, ὅπως  
αὐτὸ γίνεται ἢ τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι καὶ ὧν ἢ  
ἀρχὴ ἐν τῷ ποιῆντι ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιητῶντι*, id est, omnis  
sanè ars circa generationem versatur, & effectio-  
nem, videtque, quod aliquid effici possit eorum,  
quæ esse, aut non esse contingit, & quorum prin-  
cipium est in ipso faciente; non autem in eo, in  
quo fit operatio. lib. 6, Eth, c. 4.

Opposit



## CIV.

Oppositum artis illud est, quod Græci ἀτεχνία dicunt, id est inertiam. ἐστὶ δὲ ἕξις μετὰ λόγῳ ψευδὴς πρακτικῆς, id est, est habitus cum ratione falsa effectivus.

## CV.

Pro prudentiæ natura cognoscenda præmittendum videtur, id quod notius est, quemnam officii ratione prudentem dicamus, δοκεῖ δὲ φρόνιμος εἶναι τὸ δυνάσθαι καλῶς βεβούσιον, περὶ τὰ αὐτῶ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, ἢ κατὰ μέτρον ἀλλὰ κατ' ὅλον, ὥστε ὅλος αὐτὸς εἶναι φρόνιμος ὁ βεβούσιος, id est, prudentis sanè videtur esse, benè posse consultare, deq; illis, quæ bona sunt & utilia, idq; non quidem aliqua ex parte; sed per omnia universaliter, unde vir prudens erit is, qui benè consultare potest, lib. 6. Eth. c. 5.

## CVI.

Ἡ δὲ φρόνησις ἐστὶν ἕξις ἀληθὴς μετὰ λόγῳ πρακτικῆς, περὶ τὰ τῶ ἀνθρώπου ἀγαθὰ καὶ κακὰ, Prudentia est habitus verus cum ratione vera activus, circa ea, quæ homini bona sunt, & mala. lib. 6. Eth. N. cap. 5.

Scalig. l. 3. Poët. c. 1. Prudentiam supra utrumq; modum genusque summum habitum statuendam arbitror. Est enim habitus prævidendi quo quidque tempore & quo modo agendum sit vel faciendum. Namque & iustitiæ & fortitudinis futuræ prævisas temperat actiones, totasq; omnium artium dispositiones & digerit & collocat.

## CVII.

Ὅτι ἐνὶς ἐστὶν ἕξις τῶν ἀρχῶν ἀγνωστικῆς vel ἕξις, ἢ τὰς ἀρχαὶ γνώσεως. Intelligentia est habitus cognoscendi ipsa principia lib. 6. Eth. N. c. 6.

## CVIII.

Σαφεία ἐστὶν ἐνὶς καὶ ἐπιστήμη ὡς αὐτῆς κεφαλῆν ἔχουσι ἢ μὴ μένοντα ἐν τῶν ἀρχῶν εἶδη. ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχαὶ ἀληθείας. Sapiencia est intelligentia, & scientia seu



seu scientiæ veluti caput habens, qua nimirum  
verum cognoscimus non tantum in iis, quæ ex  
principiis conclusa sunt: sed etiam in ipsis princi-  
piis, lib. 6. Eth. c. 7.

## CIX.

Perfectas virtutes morales superius explicavi-  
mus; sequuntur per doctrinam Aristotelicam vir-  
tutes aliæ imperfectæ, quibus tamen meritò excel-  
lentissimam illam præmittimus virtutem, τὴν ὑπὲρ  
ἡμεῶν ἡρωικὴν καὶ θεῖαν, ὡς περὶ ὁμιλεῖται ἐν τῷ Ἐκτορῷ  
πιπτοῖν κὲν λέγουσι τὸν Πρίαμον, ὅτι σφόδρα ἀγαθός, id est,  
illam quæ supra nos est, Heroica & divina, quo in  
sensu Homerus etiam de Hectore Priamum lo-  
quentem introducit. Quia nimirum valdè excel-  
lens bonitate. ὅτι ἐπὶ ἄνδρος γε θνητῆς παῖς ἔμελλε  
ναί' ἀλλὰ θεοῖο, lib. 7. Eth. N. c. 1.

## CX.

Licet igitur virtus Heroica à virtutibus aliis ge-  
nere planè non sit diversa; differt tamen ab aliis  
dupliciter: 1. τῇ ὑπεροχῇ, id est, Excellentia. Quia  
excellentissima est, & omnium suprema. qua præ-  
diti à Lacædemoniis θεοὶ divini appellantur. 2. τῇ  
ἀρχῇ principio. Cæteræ enim virtutes industria hu-  
mana acquiri possunt. Hæc verò non sola hominis  
industria comparatur: sed divina accedit influen-  
tiâ. lib. 7. c. 1.

## CXI.

Ut autem ista Heroica virtus omnium est opti-  
ma, ac præstantissima; ita contra vitium quoq; est  
omnium pessimum, maximeq; detestandum Græ-  
cis θυερίτης, id est, Feritas nuncupatur, utputa,  
qua humana natura in belluinum potius furorem  
invertitur.

Imper.



## CXII.

Imperfecta virtus ob id dicitur, quod appetitus in hac nolens atq; invitus rectæ rationis dominio subijciatur; suntq; duæ ejusmodi in primis virtutes, nempe ἡ ἐγκράτεια Continentia & ἡ παρτερία Patientia, quarum opposita vitia sunt, ἀνεγκράτεια Incontinentia, & ἡ μαλακία Mollities, lib. 7. Eth. N. c. 2. 9. lib. 2. magn. mor. c. 1.

## CXIII.

Continens igitur is dicitur, qui in pesturbatione aut cupiditate non abducitur à sententia. lib. 7. Ethic. c. 9. Quoniam scilicet cupiditates malas esse intelligit, ideoque eas non sequitur, ratione ductus & confirmatus. lib. 7. c. 3. lib. 2. magn. mor. c. 6. Neque enim cupiditate, aut libidine: sed ratione ad agendum commovetur. libr. 7. Ethicor. cap. 2.

## CXIV.

Contrarius huic est Incontinens, vel Impotens, qui dum quæ mala sunt, mala quidem esse novit; sed agit tamen illa victus ac debilitatus à voluptatis objecta specie. Certum enim est ejusmodi putare ea, quæ agit, agenda esse & facienda. libr. 8. Eth. c. 2.

## CXV.

Habet igitur Continentia cum Temperantia ex ratione conjugatorum, Continens cum Temperante similitudinem non exiguam. Ut enim continens ejusmodi est, qui nihil quod rationi sit contrarium faciat, propter eas quidem, quæ corporis sunt voluptates: hoc tantū discriminis inter Continentiam & Temperantiam intercedit, quod in illo quidem insunt pravæ cupiditates: & quod hic ita est constitutus, ut nulla contra rationis edictū volupta-



voluptate rapiatur; ille verò ut capiatur quidem aliquatenus; sed non rapiatur. lib. 7. Eth. c. 9.

## CXVI.

Patiens verò dicitur is, qui res arduas & difficiles quantumcunq; & secundum similitum circumstantiarum decentem rationem, solius honestatis gratia, sponte quidem diuque perferre potest, & sustinere, lib. 7. Ethic. N. c. 7. libr. 2. magn. mor. capit. 6.

## CXVII.

Contrarius huic *μαλακός* est mollis & delicatus, is scilicet qui à ratione deficit iis in rebus, quibus pleriq; obsistere possunt & desistunt. lib. 7. Eth. N. c. 7. lib. 2. Rhet. ad Theod. c. 6.

## CXVIII.

*Μετὰ ταῦτα ἡ ἀρετὴ φιλίας ἐπιτελεῖται αὐτὸν διελεῖν*, id est, ulterius jam, ut de Amicitia quoq; agamus, sequitur. *ἐστὶ γὰρ ἀρετὴ, ἢ μὴ ἀρετὴς ἐπὶ τῇ ἀναγκασίᾳ πρὸς τὸν βίον.* Est etenim aut virtus, aut sanè cum virtute proximè conjuncta, quin imò maximè etiam ad vitam necessaria, ut hic alia ejusdem ab adjunctis encomia taceamus, lib. 8. Eth. N. c. 1.

## CXIX.

Naturam igitur Amicitiae investigaturi, aliorum quidem opiniones, vel de similitudine, vel de contrarietate, & discordia cum philosopho relinquimus, ejusq; potius objectum ante omnia consideramus, quod est *τὸ φιλητὸν*. *Δοκεῖ γὰρ ἡ πᾶσι φιλεῖσθαι ἀλλὰ τὸ φιλητὸν τῆς ἀρετῆς ἀγαθόν, ἢ ἡδὺ, ἢ χρήσιμον.* Non enim omne amor aut amicitia complecti videntur: sed ea, quae amabilia sunt: eaque triplicia sunt: 1. Aut bona. 2. aut jucunda, 3. aut utilia, lib. 8. Eth. N. c. 2.

## CXX.

Hæc igitur tria, secundum philosophum imprimis



nis tripliciter distinguuntur. 1. τῷ τέλει, Fine. Bonum enim & jucundum rationem ipsius finis habet. Utilia autem mediis instar sunt ad finem. 2. τῇ σχέσει, relatione & respectu. Velenim absolute & simpliciter omnibus talia sunt; vel secundum quid, & aliquibus tantum. 3. τῷ τρόπῳ: modo. Aut enim revera & natura talia sunt, aut φαινομένως apparenter. ibid.

## CXXI.

His definitionem amicitiae subjungimus: ὅτι φιλία ἐστὶν ἄνοια ἐν ἀλλοπεποιθέσι, μὴ λαμβάνουσα: Amicitia est benevolentia, sed in redamando consistens, minimeq; latens. lib. 8. Ethic. c. 2. lib. 2. magn. mor. c. 12.

## CXXII.

Unde liquidò apparet, Brutorum quidem & rerum inanimatarum φιλίαν esse posse: φιλίαν autem minime. Hanc enim sine ἀλλοφιλήσει, quemadmodum illam, dari & existere non posse rectè statuimus. lib. 8. Eth. c. 11.

Scalig. l. 3. Poët. c. 20. Paulò diversior ab hac amicitiae simplicitate Amor ille, qui Veneris causa conjungit nos: quum tamen amicitiae verae imaginem quampiam repræsentet. Principiò autem sine ratione fit: Oculis aut auribus insinuat sese. Hi sunt aditus furoris hujus. Capimur enim aut visu, aut fama. Hæc postea illius ministra est, suspicio comes & metus amittendi; ζήλοτυπία: seu metus rivalitatis.

## CXXIII.

Sequitur distinctio amicitiae τρία γὰρ εἰσὶν εἶδη τῆς φιλίας: τὰ εἶδη τῶν φίλων, id est, tres sunt amicitiae species, secundum ejusdem triplex objectum distincta, vel si ad διαφορὰς revocare volueris; alia secundum



secundum philosophum φιλική ἐστὶ κυρίως καὶ πρῶτη  
amicitia est principaliter sic dicta, & primario,  
nempe, quæ ex virtute & bono oritur: alia κατ' ἰ-  
μοιότητα, per similitudinem dicta; quæ rursus est du-  
plex, alia quidem ex jucunditate; alia verò ex uti-  
litate dependet, & hæc quidem maximè senum es-  
se contuevit, illa verò juvenum; utraque tamen  
ὀλιγοχρόνη, id est, facile solabilis. lib. 8. Eth. N.  
c. 3. & 4.

## CXXIV.

Perfecta autem illa Amicitia, quæ nimirum non  
nisi inter bonos esse potest, ἰδιαυτός ἐστι καὶ ἀπαιτεί-  
ται ἢ ἀρετῆς ἢ ἀρετῆς, καὶ σπουδαίας κατὰ τὴν παρομοίαν  
ἢ ὅτι ἐστὶν εἰς ἡσυχίαν ἀλλήλων, καὶ τὴν ἀρετῆς ἀλλήλων  
ἀρετῆς, id est, Firmissima est, & sanè perquam ra-  
ra, quin etiam temporis longinquitatem requirit,  
& consuetudinem, ita ut rectè habeat commune  
proverbium: Alterum cognosci ab altero perfecte  
non posse, nisi modium salis mutuo consumserint.  
lib. 8. Eth. c. 4. Quin etiam omnia in se φιλική hæc  
Amicitia complectitur. Habet enim honestatem,  
habet jucunditatem ex virtutum actionibus, lib. 8.  
Eth. c. 8. habet etiam utilitatem, siquidem cum  
virtute est, quæ semper existit utilis, & habenti  
prodest. lib. 3. Polit. c. 7.

## CXXV.

Sed & ratione amicorum quædam est Amicitia  
divisio ἢ μὲν ἢ ἐν ἰσότητι ἢ ἢ: Alia Amicitia inter  
æquales est, ut inter fratres & sodales: alia inter in-  
æquales, quam etiam κατ' ὑπεροχὴν τῆς φιλικῆς ami-  
citiæ secundum excellentiam philosoph' cogno-  
minat, ut est inter præsidem & subditos, parentes  
& liberos, maritum & uxorem. lib. 8. Eth. c. 7.

## CXXVI.

At etiam ratione ad efficientem causam habita  
ἢ φι-



ἡ Φιλία ἢ φυσικὴ amicitia naturalis, & hæc vicissim  
 aut συγγενικὴ congenita, qualis est in personis con-  
 sanguinitate sibi conjunctis, & vel πρακτικὴ, vel ἀ-  
 δελφικὴ, vel denique illa quæ inter alios est ἀπὸ τῆς  
 αὐτῆς ἀρχῆς, ab eodem principali ortu descendentes  
 & inter sibi devinctas personas aut ἐπαγγελματικὴ, sode-  
 litia, nempe, in qua secundam naturam ὁμοίων τῶν  
 ὁμοίων συνωμομαλῆσθαι, simile cum simili congregari a-  
 nimadvertitur; ἡ Φιλία ἐστὶν ἢ κρηθωνικὴ amicitia ex  
 quadam rerum communione proveniens, ut ἡ πο-  
 λιτικὴ, civilis, ἢ στρατηγικὴ mutua ex mutuis labori-  
 bus, ἢ συστρωτικὴ commilitaris, & ejusmodi aliæ  
 amicitia species, atque diversitates. libr. 8.  
 Ethic. c. 12.

## CXXVII.

Potro, ut Amicitia subsistere ac stabilis permanere possit, in illa sanè, quæ est inter æquales proportio sit Arithmetica, id est, mutua, & ea quidem par benevolentia, officiaque æqualia inibi requiruntur; in illa verò, quæ est inter æquales ἀνάλογον γίαι adhibere oportet Geometricam ejusmodi, ut quantò quis inferior sit, quantoque etiam majora alicujus beneficia expertus fuerit; tanto majore honore eundem colat, & prosequatur. lib. 8. Ethic. N. cap. 13.

## CXXVIII.

Atque inde verissimum apparet: illud, quod venuste non minus, quam prudenter infert philosophus noster ὅτι ἐν ἀπῶσταις ταῖς ἀνομοιοειδεσι Φιλίαις ἀνάλογον ἰσάζει καὶ τὴν ἀπῶσταις τῆς Φιλίας, id est, quod in omnibus specie dissimilibus amicitias proportio adhibita ejusmodi amicitiam exæquat & conservat. lib. 9. Eth. N. c. 1.

## CXXIX.

Hiscæ explicatis sequuntur etiam ejusdem Amicitia adjuncta, qualia in primis quatuor nos (alii tria)

d d d d

tria }



tria) ex philosopho colligimus, scilicet, 1. πρὸς δὲ  
νοίας benevolentiam, πρὸς ὁμόνοιας concordiam, 3.  
πρὸς εὐεργεσίας beneficentiam, 4. deniq; πρὸς συμ-  
βίωσιν convictum & familiaritatem, libr. 9. Eth. N.  
c. 1. & seq.

## CXXX.

Ἐυνοία ἰgitur ἀρχὴ ἐστὶ τῆς φιλίας χρονίζουσα ἢ καὶ εἰς  
συνήθειαν ἀφικνουμένη γίνεται φιλίας, Benevolentia est  
principium amicitiae, & diuturnitate temporis,  
convictusque familiaritate in amicitiam transit,  
lib. 9. Eth. N. c. 5.

## CXXXI.

Unde sanè diversitatem quandam benevolentiae  
ab amicitia rectè statui posse apparet, quæ in pri-  
mis in hisce consistit, 1. Quia inter ignotos esse  
potest benevolentia; amicitia minimè. καὶ θάνατος  
ἢ ἄνοια, ἢ ἢ φιλίας μὴ λαοθάνατος, id est, benevo-  
lencia enim latens est. Amicitia autem minimè la-  
tere potest. 2. Ideoque benevolentia otiosa esse  
potest; sed cum nulla ἀλλοφιλία. Amicitia ἐν αἰτίαι-  
πονθόσι consistit, & mutua est, atque aperta. 3. Be-  
nevolentia principium est; amicitia subsequitur.  
Unde rectè Cicero, Benevolentia, inquit, est fons  
amicitiæ, à natura constitutus, qua sublata etiam  
amicitiæ nomen tollitur. lib. 8. Eth. N. c. 2. & lib.  
9. c. 5. lib. 2. mag. mor. c. 11. Cic. in Lat.

## CXXXII.

2. Ὁμόνοια ἢ ἐστὶ φιλία πολιτικὴ καὶ ἐστὶ πρὸς τὰ συμφέ-  
ροντα, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα, ἐστὶ ἢ ἡ τοιαύτη ὁμό-  
νοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν, id est, Concordia est amicitia ci-  
vilis, & quidem circa ea, quæ utilia sunt, & ad vi-  
tam attinentia, estq; ejusmodi concordia inter vi-  
ros bonos. lib. 9. Eth. c. 6.

## CXXXIII.

3. Ἐυεργασία verò seu beneficentia est, quæ ami-  
gam & benevolam erga alios mentem re ipsa & be-  
neficio



beneficio declarat, αἰεὶ δὲ οἱ δὲ ἐργέται τὰς ἀεργαθέντας δο-  
κῆσαι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ ἀεργαθέντες τὰς πράσσοντας, id est,  
Semper autem benefactores illos, quibus benefe-  
cerunt, magis videntur amare, quam contra hi,  
qui beneficium acceperunt, eos, qui dederunt,  
cap. 7.

## CXXXIV.

4. Το δὲ συζῆν ἢ ἡ συμβίωσις ἐνέργεια τῶν φίλων ἐστίν,  
Conversatio est actus & quasi anima amicorum,  
unde etiam alibi de amicitia loquens philosophus,  
eam esse dicit ἐπιείκεια ἢ συζῆν studium & volunta-  
tem conversandi, & talis certè conversatio, atque  
convictus maximè ad vinculum amicitiae conser-  
vandum pertinet. Etenim verissimum illud, ὅτι  
πολλὰς φιλίας ἢ ἀποσχηθῆαι διέλυσεν, multas sanè ami-  
citas silentium dissolvit. libr. 8. Eth. N. c. 5. & 9.  
cap. 12. 3. Pol. c. 6.

## CXXXV.

Haëtenus igitur de Amicitia. Sequitur adjun-  
ctum virtutum, & secundum hasce actionum hu-  
manarum inseparabile accidens, nimirum ἡ ἡδονὴ  
voluptas, & postea vicissim. Etenim κυκλοειδῆς phi-  
losophi methode moralis est doctrina, nempe fe-  
licitatis contemplatio.

## CXXXVI.

Voluptatem autem, neq; cum Platonice sum-  
mum & omne malum esse statuimus, neq; simpli-  
citer etiam cum Eudoxo summum esse bonum  
censemus. Verius enim ἡ ἡδονὴ ἐστὶν ἐνέργεια τῆς ἕξιως  
αἰματώδης, voluptas est subsequens, & non impe-  
dita actionum & functionum humanarum perfe-  
ctio accidentalis: Uti sanæ operationes sequuntur  
sanitatem corporis, optimamq; & concinnam dis-  
positionem formositas comitatur: Sic operationem  
hominis perfectam voluptas, lib. 7. Eth. N. c. 12. &  
lib. 10. c. 1. & seqq.

dddd 2

Estque



## CXXXVII.

Estque duplex voluptas, ἡ μὲν αἰσθητικὴ quæ a sensibus scilicet percipitur, ἡ δὲ θεωρητικὴ, quam mens complectitur, & harum quidem vicissim aliæ κυρίως simpliciter & veræ dictæ sunt voluntates; aliæ δευτέρας καὶ πολλαχῶς secundariò & variè ac multipliciter dicuntur voluptates. Veræ igitur voluptates αὐτὰρ ἀγαθὰ θεωρητικὰ, illæ quibus vir bonus tantum delectatur, ἐστὶ δὲ ἐκάστη μέτρον ἢ ὄρεσις. Cujusque enim mensura ipsa virtus rectè statuitur. Aliæ verò jucunditates, aliis quibuscunque ratione minus ex virtutis actione provenientes, tales veræ sunt reputandæ. lib. 3. Eth. N. c. 10. lib. 10. c. 5.

## CXXXVIII.

Quin etiam ipsa εὐδαιμονία non κατὰ τὴν ἔξω ἀπὸ κατὰ τὴν εἰρησίου, id est, per actionem perfectam constituitur & definitur. Summum enim, inquit philosophus, hominis bonum & beata certè vita non in habitu modo soloque & otioso; sed in actione ponenda. lib. 1. Eth. N. c. 7. & 10.

## CXXXIX.

Est autem beatitas, seu Felicitas, alia quidem θεωρητικὴ contemplativa, alia πρακτικὴ activa; illa quidem in hominis mente est, & in virtutis excellentissimæ, nempe sapientiæ usu consistens, rerumque divinarum item & humanarum contemplationem exercet. Hæc verò in appetitiva est animi humani parte, civilemque actionem; secundum virtutem respicit & administrat. lib. 10. Eth. N. c. 11.

## CXL.

Quorsum respiciens Aristoteles verè non minus, quam eleganter monere videtur, Beatam vitam iis adesse potius, qui summis voluntatis mentisque ornamentis instructi sint, & modica adjumenta externa, atque adventitia habent, quam iis, qui magnis quidem copiis rerum externarum abundant,

veris



ARISTOTELIS.

51

veris autem hisce bonis carent. libr. 7. Polit. capit. 1.

LIBRI POLITICO-  
rum Aristot.

CONTINUATIO.

**A**Tque haecenus quidam primam Philosophiae practicae speciem enodavimus: Sequitur altera πολιτικὴ, Politica doctrina, quae omnium praestantissima de administranda Republ. praecepta tradit.

CXLI.

Hanc Plato definit, quod sit ἐπιστήμη καθ' ἑαυτὴν καὶ πόλιν διοικῆναι, scientia secundum quam urbes bene administrantur: cui consentiens est Cicero- nis illa descriptio: Politica est ratio prudentiaque gerendae Reip. lib. 1. de div.

CXLII.

Dicitur igitur ἡ πόλις διὰ τῆς πόλεως, à civitate, ἐστὶν ἡ πόλις κοινὴ τῶν πολέων, κατὰ φύσιν ἔχουσα πέρασ τῆς αὐτοκρατίας, γινόμενὴ μὲν ἔξ ἑνὸς ἕνεκα ἕσται ἡ πόλις. Civitas est communicatio ex multis vicis perfecta, secundum naturam habens terminum eum, quo contenta esse possit, facta propter vitam humanam, & pro vita eadem bene ducenda existens, seu conservata, lib. 1. Pol. 2. & 2. Pol. c. 6.

CXLIII.

A civitate civis cognominatur, qui vel κυρίως κατὰ φύσιν sic dicitur, vel κατὰ πρῶτον καὶ μετὰ ἀνάγκης, secundum quid, & cum addimento. Simpliciter civis dicitur est, qui particeps fieri potest honorum in magistratu gerendo, & exercendis judiciis. Impro- prie autem, qui in civitate quidem habitat; sed horum minimè capax esse potest. 3. Pol. c. 1.

CXLIV.

Etiam διὰ τῆς πόλεως ἡ πολιτεία dicitur, quae com-  
d d d d 3 muni-



munitur accepta definitur hoc modo, ἐν τάξει τῶν  
 τῶν πόλιος οἰκόντων: est constitutio & ordinatio eo-  
 rum, qui civitatem administrant: vel explicatius:  
 ἐν τάξει πόλιος, τῶν ἄλλων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα τῶν κυ-  
 ρίως ταύτων, Est ordo, vel ut Cicero habet, descriptio  
 civitatis & magistratum, maximè autem ejus ma-  
 gistratus, qui omnium est præcipuus, lib. 3. Pol. c.  
 4. & 4. Pol. c. 1. CXLV.

Forma autem Reipublicæ ἐκ τῆς πολιτεύσεως ex  
 gubernationis & administrationis ratione æstima-  
 tur, quæ uti non est una, atque eadem; sic diversæ  
 quoque τῆς πολιτείας habet species. lib. 3. Pol. c. 4.

## CXLVI.

Etenim, vel magistratus illa gubernatio penes  
 unum est, unde μοναρχία dicitur: vel penes paucos,  
 vel penes multitudinem, atque harum rursus quæli-  
 bet aut bona aut mala est. Bona quidem penes u-  
 num magistratum, βασιλεία regnum dicitur; mala  
 verò τυραννίς, Tyrannis dicitur: sic paucorum quæ  
 est civitatis administratio, bona quidem ἀριστοκρατία,  
 Aristocratia nuncupatur; mala verò ὀλιγαρχία:  
 Denique quæ penes multitudinem est, bona qui-  
 dem τιμοκρατία: mala verò δημοκρατία nominatur,  
 lib. 3. Pol. c. 5.

## CXLVII.

Partes autem Politicæ & Reipubl. sunt tres, scilicet  
 ἡ βεβλή, Consilium, vel Senatus, 2. ἡ ἀρχὴ Magistratus,  
 3. δικαστήρια, judicia, lib. 1. Pol. c. 3. lib. 4. Pol.  
 c. 14.

## CXLVIII.

Ἡ γὰρ βεβλή ἐστὶ μέρος τῆς πολιτείας, τὸ βεβλόμενον τῶν  
 τῶν κοινῶν. Consilium, vel Senatus est pars Reipubl.  
 illa, quæ de rebus communibus deliberat, & con-  
 sultat. lib. 4. Pol. c. 14.

## CXLIX.

Judicium autem est pars Reipubl. illa ἐστὶ μέρος  
 πολιτείας, ἥτις ποιεῖ, quæ oblatas causas & contro-  
 versias forenses, legitime accipit, prudenter co-  
 gnoscit, justèque dijudicat. lib. 4. Pol. c. 17. Ma



## CL.

Magistratus autem vox, licet aliás communiter dicta, omnem eum significet, quicumque est cum potestate: proprie tamen τὰς ἀρχαὶς μέγισταις δικταίων τοῦτο ὄνομα ἐπιτίθηται βυλόντιον ὡς ἐπὶ πᾶσι, καὶ κρίσει, καὶ ἐπιτάξει καὶ μέγισταις τῶν ἐπιτάξεων ἀρχικώτερον ἐστίν; i. est, Magistratus definitur, quod sit illa Politicæ pars, quæ munus habet tale, ut de quibusdam singularibus consultet, & iudicet, & imprimis ut imperet, dico imprimis, siquidem imperare maximè ad magistratū pertinet, lib. 4. Pol. c. 15. CLII.

His similes videntur, αἱ ἐπιμελίαι procurationes, à quibus tamen sic distinguuntur, quod procurationes quidem certæ sint in civitate functiones & negotiorum administrationes, sine publica tamen imperandi autoritate & dignitate, quam imprimis adjunctam habent αἱ ἀρχαὶ magistratus, lib. 2. Pol. c. 15. CLII.

Porrò ὅροι τῆς καθίστασεως τῶν ἀρχῶν modus constituendi magistratum, seu modi circa ipsam Magistratus politici electionem imprimis spectandi, & considerandi sunt tres, 1. πῶς οἱ καθίστανται τὰς ἀρχαίς, qui nam sint, per quos eligatur magistratus, 2. ἐν τίνων, ex quibus eligatur, 3. τίνος καὶ ὅπως, ad quem modum, nimirum an per sortem? an per suffragia? an per utrumque? lib. 4. Pol. c. 16. CLIII.

Sequitur ὡς ἐπὶ τῆς μεταβολῆς τῆς πολιτείας, de mutatione Reipubl. quam ejusdem conversionem Cicero nominat. Modi igitur mutationis Reipubl. alibi quidem 4. alibi verò & quidem concinnius duo tantum à Philosopho recensentur. Omnis enim Respubl. aut in eam mutatur, cui vicina est & similis, & ad quā facilius inclinatur: aut planè in contrariam, lib. 5. Pol. c. 2. CLIV.

Causæ autem mutationum & everfionum generali



raliter loquendo, contingunt, ἢ διὰ βίας καὶ μεταστάσεως. Aut per vim atq; seditionem, ἢ διὰ ἀπάτης καὶ ἀδουσίαις, aut per dolum absq; seditione & talia quidem mala rursus aut ab intestinis, & ipsis civib<sup>9</sup> oriuntur; aut ab exteris, sive vicinis, sive remotis hostibus, lib. 3. Pol. c. 7. & 4. c. 2. & 5. c. 1.

## CLV.

Αἱ δὲ ἄρχαὶ καὶ πηγαί, Principia autem & fontes seditionum, ac per has mutationum in Republ. imprimis à philosopho 15. assignantur.

1. Ὑβρις, contumeliosa civium & subditorum conditio atque tractatio.
2. Τὸ κέρδιον καὶ ἡ πλεονεξία, lucrum & quæstus atq; avaritia, tum publica, circa bona nimirum publica; tum privata circa facultates, & possessiones proprias.
3. Ἡ φιλοπρέπεια Ambitio & Fastus, τὰ γὰρ πλεῖστε τῶν ἀδικημάτων συμβαίνει χεῖρον τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὴν φιλοπρέπεια καὶ φιλοχρηματοφιλίαν. Plerumq; enim plurimæ iniquitates hominib<sup>9</sup> per & propter fastum, vel etiam avaritiam eveniunt, lib. 2. Pol. c. 7.
4. Ἐπιοχὴ: Elatio, seu aliquorum eminentia, qua cæteris sese anteponunt, & tales olim ad tempus à civitate relegabantur, per Ostracismum, donec modestius se gerere discerent. lib. 3. Pol. c. 9.
5. Ὁ φόβος, Metus, qui vel pænæ est, vel periculi, vel impedimenti.
6. Ἡ καταφρόνησις Contemptus, quo, verbi gratia, una civitatis pars potentior contemnit alteram.
7. Ἡ αὐξήσις ὡς τὸ ἀόλογον, id est, improporcionata auctio, seu augmentum unius partis in civitate tantum, ut cæteris civium ordinibus multò amplius proportione respondere videatur.
8. Ἡ ἐειθεσία, id est, vilis, sordidaq; contentio superiorum, qui dedecori potius, quàm ornamento sunt civitati.
9. Ἡ



9. Ἡ ὀλιγωρία Negligentia, & incuria.

10. Τὸ πικρὸν μικρὸν, modicum, seu perivum sediti-  
onis initium, primò neglectum, & minus oppor-  
tunè amotum.

11. Διὰ τὸ μὴ ὁμόφυλον, Diversitas propaginis.  
Quia cives non suud ejusdem regionis ac gentis.

12. Ὁ τόπος καὶ ἡ χώρα τῆς πόλεως, i.e. locus situsq;  
urbis, ita, verbi gratia, ut non unius, sed diversarum  
videatur esse civitatum. Haftenus ex lib. 5. Pol. c. 3.

13. Ἡ στάσις τῶν γειτόνων, Status & dissensio eorum,  
qui in urbe primarii sunt.

14. Ἡ ἐξοχή, καὶ δόξα πρὸς μέρος τῆς πόλεως,  
praestantia atque prosperitas unius partis in civita-  
te, major, quam alterius.

15. Ὁ φθόνος, Emulatio civium, lib. 5. Eth. c. 4.

## CLVII.

Restat ἡ σκέψις περὶ ἀφύσεως τῆς πολιτείας, καὶ περὶ  
τῆς χωρητικότητος τῆς πολιτικῆς, id est, contemplatio de o-  
ptima Republ. deq; materia & suppellectili civitatis.  
Optimè igitur constituta civitas illa fuerit, in qua  
μισοτήρ ἐστίν, mediocritas est civium, opum & faculta-  
tum, ubi neque cives, sunt σφόδρα ὑπότροι, valde  
opulenti; neque σφόδρα ὑπότροι, minus instructi;  
sed inter hosce medi, qui mediocres habeant o-  
pes, & facultates, quo respectu Euripides ait, οἱ ἐν  
μέσῳ πολιταὶ πόλιν σώζουσιν, id est, Cives in medio-  
critate constituti civitatem conservant, lib. 4. Pol.  
11, ex Plat. Pythag. Lycurg. Charont.

## CLVII.

Materia autem civitatis duplex inprimis est,  
nempe, αἱ ἀνθρώποι καὶ ἡ χώρα, id est, homines, & lo-  
cus continens, quo respiciens philosophus præ-  
clare monet, ubi ait, δεῖ τὸν νομοθέτην οἷς δύο βλέπον-  
τα τίθεναι τὰς νόμους, πρὸς τὴν γῆν καὶ τὰς ἀνθρώπους,  
Legislatozem ad duo respicere inprimis oportet,  
cùm leges constituturus est, nimirum ad civitatis

dddd 5

situm







## CLXII.

Quantitatem verò & capacitatem urbis medio-  
crem esse convenit, ἐστὶ δὲ καὶ ταῖς πόλεσι μέγιστος μέ-  
τρον, id est, siquidem etiam mensura quædam est  
ipsarum civitatum, quoad quantitatem. Tantam  
enim esse eam convenit, quæ nec major justo sit,  
quàm ut cives actiones exercere politicas mutuò  
inter sese possint, lib. 7. Pol. c. 6.

## CLXIII.

Qualitatis autem καὶ τῆς θέσεως, id est, situs ratio-  
ne urbs ita statuatur, ut sit ὀβρηγυρὸς καὶ ἀπόρριτος, id  
est, ita sita sit civitas, ut & facile auxilia quærere in  
periculis valeat, & necessaria quoq; eum ad victum  
tum ad quæcunq; alia sibi comparare. Neq; valde  
vicina sit mari. aut etiam aliis magnis fluminibus,  
neq; verò etiam remota nimis. lib. 7. Pol. c. 5.

## CLXIV.

Atq; hæc quidem de forma externa civitatis di-  
cta hætenus sunt, ob ejusdem internum & princi-  
palem finem, qui est, ἡ εὐδαιμονία, seu felicitas civi-  
tatis, & ipsorum civium, siquidem nisi cives beatī  
quoq; sint, beata nec civitas rectè quoq; dicetur.  
lib. 7. pol. c. 3.

## CLXV.

Ἐστὶ δὲ ἡ εὐδαιμονία ἐνέργεια καὶ χρῆσις τελεία τῆς ἀρετῆς,  
καὶ αὐτὴ οὐκ ἐξ ὑποθέσεως ἀλλὰ ἀπλῶς. Felicitas est actio  
atq; usus perfectus ipsius virtutis, & quidem non  
secundum quid: sed simpliciter. lib. 7. Pol. c. 15.

## CLXVI.

Quia igitur beati cives, à quibus beatitas etiam  
civitatis dependet, non possunt esse tales, nisi per-  
fectam virtutis actionem exercent, τῆτο ἄριστοσκεπ-  
τέον, illud inprimis attendendum est, quæ nam bo-  
nos efficiant cives, nempe hæc tria inprimis ἡ φύ-  
σις, ἡ εὐνοία, τὸ εἶθ, καὶ τὸ λόγ, id est, natura seu  
naturæ bonitas. 2. affluentiæ. 3. ratio, γίνεσθαι καὶ  
ἐγχεσθαι διόμηναι ἢ μὴ φύσις, ἢ εἶθ, ἢ διδασχῆ καὶ λόγος.

Exilia.



EPITOM. LIB. ETHIC.

Existimamus enim bonos fieri aut natura, aut assuetudine, aut institutione, aut ratione. libr. 7. pol. c. 13. lib. 10. Eth. c. 9.

LIBRI OECONOMICI.

CLXVII.

Atque huc imprimis illud Politici Organon seu instrumentum facit, quod Rhetoricam dicimus, & hanc antequam explicemus, Oeconomicam prius ordo Aristotelis infert pertractandam.

CLXVIII.

Dicitur itaq; ἡ Οὐκρονομική δὲ τῆς οἰκίας, à domo. Est enim disciplina rationem ostendens rectè domum comparare, prudenterq; eadem uti comparata. lib. 1. Oecon. c. 1.

CLXIX.

Differt autem Oeconomia, seu rei familiaris disciplina & Politica, non solum ita, quemadmodum à tota civitate domus. Dominus enim & civitas duabus hisce disciplinis subjectam præbent materiam; sed etiam in eo discernuntur, quod administratio civitatis ad plures magistratus; domus verò gubernatio ad unius imperium pertineat. Omnis enim familia uni, qui ætate superior anteit, subjacit. libr. 1. Oec. c. 1. lib. 1. Pol. c. 1.

CLXX

Constat igitur omnis civitas ex familiis, & rei familiaris partes sunt, quibus familiæ continentur. Primæ enim ac minimæ hæc recensentur. 1. Dominus, ejus correlativum est servus. 2. Maritus, cui correlativum respondet uxor. 3. Pater, ad quem relatione essentiali spectant liberi. 4. Quibus tandem facultates quoq; & possessiones aliæ marito adjiciuntur. lib. 1. Pol. c. 3.

CLXXI.

Ac quod primam partem attinet, patrisfamilias bonis hoc est officium, ut primò omnium surgat, postremò somnum capiat, nec unquam domum magis, quam magistratus urbem sine custodia relinquat, vel aliquid eorum, quæ per domum, domusq; partes uni



## ARISTOTELIS.

59

Univerſas facienda ſunt, & procuranda differat; multò minus penitus prætermittat. lib. 1. Oec. c. 5.

## CLXXII.

Servorum reſpectu operam det Dominus, ut bonos eorū diligentesq; reddat, taliq; cum illis animo verſetur, ut neq; improbos fieri, neq; petulantē, neq; licentia diſſoluta, & immodica libertate diſfluere patiatur. Et iis quidem, quibus mens eſt liberalis, atq; ingenuas operas altiores & honeſtas attribuat; quibus autem vilior, operas viliores, alimentiq; copiam præbeat. lib. 1. Oec. c. 5.

## CLXXIII.

Servus igitur *ψυχὴν καὶ αἰσθήνην, καὶ πνεύματι ἐστὶ κτήνη*; animata eſt Domini poſſeſſio, & veluti instrumentum omnium præſtantiſſimum, vitæ beatæ, quatenus talis, non ſecus ac beluæ, minimè capax, neq; ejus etiam vitæ, quæ judicio libero & ratione regitur, non ſui, ſed alieni juris, totaſq; poteſtati Domini deditus, ſubq; eadem conſtitutus. lib. 1. Polit. c. 3. lib. 1. Oec. c. 5. lib. 3. Pol. c. 8.

## CLXXIV.

Ad ſecundum quod attinet, ratio tuendæ familiæ alia eſt viri, alia mulieris, quippe cum viri ſit acquirere, mulieris ſit officium, quæ parta & acquiſita tueri. Et verè non minus, quam eleganter à Poëta dictum accepimus, non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri. lib. 3. Pol. c. 3. lib. 1. Oec. cap. 4.

## CLXXV.

Atq; hæc quidem utriuſq; reſpectu domus œconomica eſt adminiſtratio, & curarum communicatio. Etenim ut rectè Philoſophus habet, neceſſarium eſt maris & fœminæ conjugium, quorum uterq; ſine altero debilis eſt, & minus conſiſtere poteſt. lib. 4. Pol. c. 1.

## CLXXVI.

Virum igitur robuſtiorē, mulierem autem debiliorem & inferiorē Deus creavit, ut ita ſcilicet metu



metu adducta mulier, diligentius pro rerum custodia vigilet: Vir autem fortior, ac firmior, pro repellenda qualibet injuria animosus agat. Atq; hic quidem rem foris acquirat, domumq; importet, illa verò intus resideat, atq; à viro acquisita & importata conservet. Constantius autem domi permanere, atq; acquiescere mulier, [quam D. Paulus vas infirmum vocat] potest, quam vir, utputa, qui ad opera minus quieta & ad res laboriosas firmior est, longeque aptior. lib. 1. Oec. c. 3.

## CLXXVII.

Respectu vero mutuo, nempe mariti ad uxorem, & contra, hujus ad illum, vicissim alia, quæ domi commutanda, occurrunt officia, & mariti quidem imprimis ista. 1. ut de uxore cogitet honesta, liberalique, morum correctionem non aspernante. 2. ut honestè cum ea & verecundè vivat. 3. ut reverentiâ potius uxoris, quam metum conciliet. 4. ut injuriâ uxori non faciat. Sic enim fiet, ut ab eadem nullam patiatur ipse. 5. adulterium imprimis evitet. 6. ut quoq; immodicos ornatus aut alias, illecebras uxori nec suadeat, nec permittat. lib. 1. Oecon. c. 4. lib. 2. c. 2.

## CLXXVIII.

Uxoris autem officia imprimis hæc recensentur. 1. instar testudinis domi resideat ac subsistat. 2. instar apis domesticos labores quoscunq; diligenter attendat, seduloque urgeat. 3. res à marito acquisitas gnave ac fideliter recipiat, prudenterq; disponat, & attentè conservet. 4. liberos & ancillas adhuc rudes informet, ad opera ac labores domesticos obeundos ritè instruat. 5. ordine accurato rei familiaris cura utatur. 6. vasa & instrumenta domestica ita disponat, ut quæq; certo & suo loco statim inveniri reponiq; deinceps famulatio utente possint. 7. Culinæ temperantissimam atque abstinentissimam præficiat famulam, quam promam condam



condam dicimus, attentam etiam & memoria valentem. 8. In domum neminem sine consensu & jussu mariti immittat. 9. ipsa quoque ad operas domesticas adhibeat & porrigat manus. 10. Immodico vestitus cibique; luxu ne laboret; sed honesto victu & amictu contenta vivat. 11. Negotia aliena & ad rem domesticam non pertinentia non curet, neque reipublice munera inquirat. 12. Taciturna sit, & a linguæ vitio lubrico temperet. 13. vitæ mariti in primis sese accommodet, ejusque nutui se applicet, neque moleste ferat, si plus oneris communi familiae à marito imponi sentiat, quippe cui non solum cura rerum; sed & usus & fructus earundem plane & plene conceditur. 14. Maritum reveratur, & sine furo amet, inque ejus dolore & tristitia condoleat, & contristetur; in gaudio & lætitia congaudeat & congratuletur. lib. 1. Oec. c. 3. lib. 2. c. 7. lib. 1. Pol. c. 8.

## CLXXIX.

Ad parentum cum liberis societatem pergo, quæ regalis potestatis quandam formam continet. Patri scilicet curæ sunt sui liberi maximè, adeo ut Homerus ipsum Jovem patrem appellarit. lib. 5. Eth. N. c. 6. & lib. 3. c. 10.

## CLXXX.

Sunt autem officia parentum erga liberos primaria isthæc. 1. ut liberos ex concubitu honesto, cum honestissimis & optimis gignant. 2. ut materno potius, quam lacte alieno natos, à prima ætate nutriant. Et si ex necessitate quadam aliter facere cogantur, non nisi optimam atque honestam nutricem utantur. 3. ut honesta & liberali institutione eos vel ipsi, vel per alios educant. In primis autem proprio virtutum lumine ipsis præeant, ac præluceant. Ubi gravissima est Philosophi sententia, vir, inquit, & uxor liberos communiter procreant; sed non communiter, educant; verum propria hujus & illius;



62 EPITOM. LIB. ETHIC.

& illius sunt officia atq; munera; erudire autem patrum. lib. 1. Oec. c. 3. lib. 2. c. 1.

CLXXI.

Liberorum verò erga parentes officia sunt. 1. Amor & reverentia submissa ac devota. Verissimum enim illud est, parentibus ac præceptoribus æquivalens meritum attribui nunquam posse. 2. timor filialis & obsequium promptissimum; adeoque in quibusq; licitis subjectissimum. 3. αὐτοπροσώπου ἰατρικὸν ὑποπόσιον & subsidium, in quibusq; adversis rebus, & necessitatibus erga parentes. Etenim, quæ parentes dum vires adhuc haberent integras, labore suo in ætatem liberorum teneram contulerunt, eadem sane justo jure senectute jam confecti & viribus destituti à valentioribus & junioribus quasi deposita, recuperant. lib. 1. Pol. c. 8. lib. 1. Oec. c. 2.

CLXXXII.

Ad finem deniq; de facultatibus rebusq; possessis monendū superest, quales in primis sunt, domus, ager, pecus, pecunia, aliæq; rerum facultates possessæ, necnon varia etiam domestica instrumenta.

CLXXXIII.

Circa quæ sanè œconomia in primis requisita hæc urgere videtur, nempe, primò omnium patrem familias acquirere posse convenit. Deinde eadem etiam acquisita tueri decet. Aliàs certè nulla quærendi foret utilitas, sed quasi cribro haurire ipse videretur. Deniq; iisdem etiam acquisitis uti, fruiq; rectè scire. ἕδεν γὰρ ἐστὶ κλισίᾳ, αὐτὸ μὲν ζῆσις. Nihil enim est acquirere & possidere aliquid, nisi ejusdem etiam usus adsit. lib. 1. Oec. c. 6.

CLXXXIV.

Utq; de singulis pauca moneamus, sanè pro acquirendis possessionibus hæc (præter generalia de pietate, diligentia, salubritate & alia ejusmodi præcepta) specialiter requiruntur, primò scilicet, ut  
judi.



judicio æquo & apto in acquisitione ejusmodi rerum utatur, singulaque rite disponat ac distinguat. Secundò, plura habenda sunt fructuosa, quam infructuosa. Tertio denique negotia sic jure familiaritatis sequestranda, ne statim omnium simul periculum incidat.

## CLXXXV.

De conservandis autem rei familiaris acquisitis rebus, sane utilissima sunt regulæ Perficæ, & Laconicæ, utilis etiam Attica dispensatio. Est autem Perfica regula, ut paterfamilias omnia jubeat, præsensque omnia inspiciat, & peragat Laconica, ut suo quæque loco & ordine disponenda procuret. Attica tandem ut de redditibus vivat prædiorum.

## CLXXXVI.

Pro rerum denique acquisitarum & conservatarum usu & fructu bene obtinendo, Ethicas in primis sibi virtutes Oeconomus habeat commendatissimas, earumque actionem ubique urgeat, atque adhibeat, per quam ipsa nimirum felicitas definitur ac constituitur.

## LIBRI RHETORICI AD THEODE-

sten, & Alexandrum. M.

## CLXXXVII.

Sequitur tandem Organon illud, cujus etiam antea mentionem fecimus, quodque ἀπὸ τοῦ ῥητορικῆ (ἀνώμας) dicitur, αἰτιώσθη τῆ ἀλεγεινῆ, ad quam nimirum refertur eadem, veluti simulachrum quoddam, lib. . . Rhet. c. I. & 2.

## CLXXXVIII.

Ἐστὶ δὲ ῥητορικὴ ἀνώμας ὅθεν ἐπιγίνεται ἡ θεωρητικὴ, τὸ εἶδος ἀρχαῖον πηγαῖον, id est, Rhetorica est facultas circa unumquodque videndi id, quod contingat esse persuasibile. c. 2.

cccc

Objc.



## CLXXXIX.

Objectum igitur Rhetoricæ est res & materia  
omnis quæ ad persuadendum suscipitur. Officium  
est, ea videre & adhibere, quæ ad persuadendum  
accommodata sunt, & idonea. Finis verò est per-  
suadere, pro quo obtinendo orationis concinnitas,  
suavitas, elegantiaque exornata & figurata ad-  
hiberi solet.

## CXC.

Unde apparet, Zenonis illud per manum clau-  
sam & apertam, explicatum Dialecticæ & Rhetori-  
cæ discrimen esse merè & verè accidentarium. Es-  
sentiale autem ab artium ipsarum fine atque sco-  
po petendum esse, ad quod aliæ deinde inter eas-  
dem sequuntur diversitates.

## CXCI.

Cum igitur primarius finis Rhetoricæ ad actio-  
nem civilem habeat respectum, atque ideò Rhetori-  
ca, docente Philosopho, habitum sibi ac formam  
civilis scientiæ inducat. Dialecticæ autem finis po-  
tius ad cognitionem dirigatur, sanè hæc duo in-  
strumenta ita à se invicem differunt, ut Rhetorica  
quidem sit organon τῆς πράξεως, instrumentum ad  
persuasionem actionis. Dialectica autem ὄργανον τῆς  
γνώσεως, instrumentum cognitionis. lib. I. Rhet.  
cap. 2.

## CXCII.

Partes igitur Rhetorices primariæ quidem sunt,  
& constituuntur tres, quarum prima est ἡ πρῆσις, vel  
ἄρσις τῶν πρῆσεων inventio argumentorum. 2. ἡ λέξις,  
elocutio. 3. denique ἡ τάξις καὶ ἡ λόγος ἀρσίσεως ἢ οἰκονο-  
μία dispositio.

## CXCIII.

Αἱ μὲν ἔν τις δὲ ἀτεχνοὶ αἱ δὲ ἐν τεχνῶν, fides verò vel  
artificialis, vel inartificialis est. Fides inartificialis  
dicitur, quæ extra dicendi rationem acquiritur,  
nimi-



nimirum, non in arte nata, vel excogitata, sed aliunde assumpta, ut sunt testimonia, *κύβητος*, tabulae, quaestiones, & id genus alia. lib. 1. Rhet. c. 2.

## CXCIV.

Fides verò artificialis dicitur illa, quæ in ipsa quasi arte concipitur, & nascitur, atque ita licet artificiosè quidem fidem quoque inartificialem tractare orator possit, non secus atque artificialem, in eo tamen discrimen esse & consistere volumus, *ὅτι ἢ μὲν πίστις ἀ τεχνῶν θυροθὲν εἰλητῆαι εἰς τέχνην εἴ ἢ ἐν τεχνῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν παρεδεδόται*, id est, quòd fides quidem inartificialis extrinsecò assumatur in artem. Fides autem artificiosa in ipsa arte & secundum artem fiat ac proponatur.

## CXC V.

Fit autem hujusmodi fides ab oratore tribus imprimis modis. 1. *τοῖς ἦθεσι*, moribus, quibus scilicet bonum sese virum præbeat, & præstet, hacq; ratione *ἀξιόπιστον* ostendat. 2. *τοῖς πάθεσι*, affectibus, quibus scilicet auditorum animos variè commoveat & percellat. 3. *τῷ λόγῳ* ratione, & argumentatione, quam in ipsis rebus adhibet, prudenterque & convenienter usurpat. *ibid.*

## CXC VI.

Formæ autem illæ, quibus in argumentationibus suis uti in primis orator solet, sunt, *τὸ ἐνθύμημα*, quod *ἐξ εἰκότων καὶ σημείων* colligit. 2. *καὶ τὸ παραδειγμα*, exemplum, quod per unum simile alterum aliquod cum uno tertio, ceu genere convenientia, declarat & manifestat. *ibid.*

## CXC VII.

His præmissis, de ipsis causarum generibus dicendum sequitur. Sunt autem tria causarum genera, unum ostentationis, *ἀποδεικτικόν*, seu demonstrativum, alterum deliberationis. 3. *judiciorum.*



Deliberationis duæ sunt partes, altera persuasio, altera dissuasio. Judicia quoq; duobus officiis continentur, accusatione & defensione. Demonstratio ibidem aut laudem, aut vituperium habet. I. Rhet. c. 3.

## CXC VIII.

Diversitas quoque temporum in unoquoque horum attendenda est. Deliberativo quidem tempus futurum est accommodatum; judiciali præteritum; demonstrativo autem tempus quidem conjunctum est præsens & maximè proprium. ibid.

## CXCIX.

Fines etiam considerandi sunt, siquidem finis generis deliberativi est, utile, aut inutile; judicialis finis, justorum & injustorum quæstione continetur; demonstrati, i verò honestorum ac turpium. ibid.

## CC.

Quin etiam peculiaria singulis causarum generibus requisita adjiciuntur, & in consiliis quidem & deliberationibus potissimum valet, ut mores & instituta probentur eorum, qui sententiam dicturi fuerint. In judiciis plurimum possunt τὰ πάθη, id est affectus; in laudibus verò amplificatio, atque orationis exornatio locum habet amplissimum. lib. I. Rhet. c. 3. & 9.

## CCI.

Præterea, quædam etiam ratione ἀλλοτριῶν, extraneorum diversitas dictis tribus causarum generibus inesse videtur. In genere enim demonstrativo externis quidem laudibus frequentissimè illustratur & ampliatur oratio. Rarò in genere judiciali. At in genere deliberativo adhuc minus expedit, conquirere ad causam extrinsecus alia adjumenta, quàm in judiciali. lib. I. Rhet. c. I. libr. 3. Rhet. cap. 17.

Deni-



## ARISTOTELIS.

67

## CCH.

Denique ratione etiam formarum argumentationis quædam hic se offert diversitas. Sunt enim exempla in deliberationibus potissimum; in iudiciis autem Enthymemata imprimis dominantur: in demonstrativo genere raro probationibus locus esse solet, nec nisi cum incredibilia alioquin sint ea, quæ dicimus, lib. 3. Rhet. cap. 7. aut quoties res illæ in alios referuntur, non in eum, quem laudamus.

## CCIII.

Sequitur etiam de ipsa oratione, sine qua finem obtinere propositum non facile potest ipsa Rhetorica. Magnæ enim sunt vires, nitidæ, ornataque orationis, quas imprimis sibi hominem habere convenit, quam commendatissimas. Etenim si turpe est homini, & opprobrio vertitur, manu se non posse defendere, longè turpius & indignius esse videtur, linguæ sibi beneficio non posse opitulari, lib. 1. Rhet. c. 1. lib. 3. c. 1.

## CCIV.

In omni autem oratione tria semper spectanda sunt. 1. ὁ λέγων is, qui dicit. 2. περὶ ἃ λέγεται, materia & res, de qua dicitur. 3. ἀκροατῆς καὶ κριτῆς, id est, is ad quem habetur oratio. lib. 1. Rhet. c. 3.

## CCV.

Maximè autem τὸ πρέπον, id est, decorum aptissimum, illa tueretur tenetq; oratio, quæ affectus habet, & mores tales, ut iis in quæ duci formarique auditor vel iudex debuerit: imprimis consentientes videantur. 3. Rhet. c. 7.

## CCVI.

Τὴν λέξιν, seu elocutionem quod attinet, sane huc troporum & schematum adhibendorum ratio non parùm videtur facere; neque tamen illa in unoquoque causarum genere eadem esse debet &

e e e e 3

semper



semper uniformis; sed cum iudicio distincta & diversa.

## CCVII.

Est autem locutio alia quidem γραφικὴ, id est, scriptoria, qua scilicet in scriptis ad alios; vel etiam ad posteritatem dimittendis utimur; alia verò ἀγωνιστικὴ, qua nimirum in foro, seu in conditionibus & controversiis forensibus, vel judicialibus, adhibemus. Et illam quidem probè elaboratam & exquisitam esse convenit; Hanc verò ad forum accommodatissimam, atq; ad actionem & animorum commotionem aptissimam, & convenientissimam esse convenit. Estque vicissim harum altera ἠθικὴ, ad mores spectans; altera verè παθητικὴ ad affectus nimirum & motus animorum concitandos relata. 3. Rhet. c. 12.

## CCVIII.

Partes oratio habet alias necessarias, alias minus necessarias; sed tamen pro fine obtinendo imprimis commodas. Necessaria sunt ἡ πρόθεσις καὶ ἀπίδειξις ἢ κρίσις, propositio & confirmatio, cui etiam conjungitur ejusdem contrarium, scilicet refutatio. Minus necessariae προοίμιον καὶ τὸ ἐπίλογος, præfatio & peroratio.

## CCIX.

Prima igitur pars & ipsum orationis habendæ initium, προοίμιον λέγεται, Proœmium dicitur, Prologus autem dicitur principium in Comœdiis & Tragediis, quemadmodum προῶλιον, quod corruptè vulgus præambulum nuncupat, initium est incantuum tiliarum, aliorumque musicalium instrumentorum præmissum. lib. 3. Rhet. c. 14.

## CCX.

Proœmii autem primum ac præcipuum munus maximeq; necessarium est, finem ostendere, cujus nimirum gratia oratio sit instituta. li. 3. Rhet. c. 14. & 15.

Alc.



## CCXI.

Alterum munus Proœmia præstant hoc, ut scilicet benevolentiam nobis concilient, eamq; vel à reb. ipsis, vel à personis petitam; Et à personis vicissim aut oratoris, aut auditoris, aut adversarii desumptam. lib. 3. Rhet. c. 14.

## CCXII.

Tertium etiam officium habent exordia, ut vid. aut attentos, aut contra redant. Ineq; enim attentos auditores semper esse conducit; sed sæpius minus esse attentos utilius deprehenditur. Atq; hisce quidem tribus ritè recteq; observatis aliud deinceps facile commodum nempe docilitas præstari poterit. ibid.

## CCXIII.

Sequitur propositio, quæ ipsum statum, ut vocant, causæ caput, aut capita, de quib. dicere orator constituit, breviter, concinnè, atque explicatè sine ambiguitate proponit, ut ita quid in tota sequenti oratione expectandum sit, auditoribus ad oculos quasi appareat.

## CCXIV.

Hujus etiam naturam narratio subit, & sequitur, quæ rei gestæ, vel quasi gestæ historiam, veluti expositionem enumerat, cujus virtutes primariæ sunt, ἡ βραχυὸς ἡ σαφὴς, ἡ ἔνδεξον, brevitatis, perspicuitatis, & probabilitatis. lib. 3. Rhet. c. 16.

## CCXV.

Confirmatio verò illa est orationis pars, quæ probationes, & rei propositæ persuasiones continet, rationesque ad id, de quo instituta est quæstio, legitime directas accommodat. libr. 3. Rhetoric. cap. 17.

## CCXVI.

Etenim essentielle quasi requisitum hoc habet  
 ecce 4 con-



confirmatio, ut probationes sc. habeat & adducat, quæ ad demonstrationem earum rerum, quæ in controversiam veniunt, idoneæ sunt, maximeque convenientes. *ibid.*

## CCXVII.

Ut igitur rerum recta *συνθετικὴ* constructiva & positiva facultas est confirmatio; sic *ἀνασυνθετικὴ* id est, destructiva rerum est confutatio, atque ita rectè Philosophum monere deprehendimus, sc. in refutatione non esse aliam rationem argumentorum quærendam, quam in confirmatione. *lib. 3. Rhet. cap. 17.*

## CCXVIII.

Sequitur ὁ ἐπίλογος, peroratio, pars scilicet infinitæ orationis finalis, in cuius sanè initio dicendum esse, Philosophus monet, omnia, quæ pollicitus antea sit, oratorem absoluisse; deinde verò etiam quæ dixerit, & rationes etiam quas attulerit, brevi quadam *ἀνακεφαλαιώσας* explicare, eundem vult & repetere. *lib. 3. Rhet. c. 17.*

*Finis Philosophiæ Practicæ.*

*Ζητούμενα ἠθικὰ.*

## QUÆSTIONES ETHICÆ.

## I.

**A**N rectè Aristoteles ideas rejiciat Platonicas, nullæque sint censendæ, nullo plane in sensu licet alio quam hic accipiantur? nec ne? *lib. 1. Eth. N. c. 6. Neg.*

## II.

An eadem sint actiones virtutem acquirendam antecedentes, & eandem acquisitam consequentes, necne? *lib. 2. Eth. N. c. 1. Affirm. cum distinct.*

AN



ARISTOTELIS.

III.

An commune obiectum virtutum moralium rectè assignetur voluptas & dolor, necne? lib. 2. Eth. N. cap. 3. lib. 1. magn. mor. c. 6. lib. 2. ad Eud. cap. 4. Affirm.

IV.

Num morum, sive bonorum, sive malorum potius dijudicatur sit *καίριον*, an ipsa *περὶ αἰτίας*? lib. 3. Eth. N. c. 12. lib. 10. c. 8. Respondetur, quod potius & rectius *ἢ καίριον*.

V.

An mansuetudo etiam propriè de brutis dici possit? necne? Neg.

VI.

An muti quoque & surdi possint omnes virtutes morales *ομιλιεῖν* habere? Affirm. cum distin.

VII.

An simpliciter omne mendacium sit inhonestum? Neg.

VIII.

An ratione *τῆς ἀπεριλήτου* Ethica Philosophia cum Theologia pugnet, cum illa virtutem existimet, hæc ceu vitium rejiciat, Paul. Eph. 4. libr. 4. Eth. N. c. 8. Neg.

IX.

An volenti etiam possit fieri injuria? lib. 5. Eth. c. 9. Neg.

X.

An sibi ipsi aliquis injuriam facere possit, necne? Negat.

XI.

An pejus sit facere, vel pati injuriam? Respond. quod prius.

XII.

An rectè in Ethicis de virtutibus agatur intellectu-  
e e e e 5 etua-



Qualibus, necne? lib. 1. post. Anal. 26. lib. 6. Ethic.  
1. lib. 1. magn. moral. c. 13. Affirm.

## XIV.

An amicitia consistat *ἐν τῷ φιλεῖν*, ἢ *ἐν τῷ ὠπφιῶ-  
αἰῶ*; Affirmatur prius.

## XV.

An probanda sit illa amicitia inter inæquales,  
quæ fraterna dicitur, & æqualitatem quasi fingit,  
Germanis *Duzbrüderer*. Affirm. cum distinct.

## XVI.

An *φιλικὸς* simpliciter sit vitiosa necne? lib. 9.  
Eth. c. 8. Neg.

## XVII.

An amicitia vera cum pluribus esse queat, &  
consistere? lib. 9. Eth. c. 10. Neg.

## XVIII.

An etiam is, qui beatus est, amicis indigere pos-  
sit, necne? lib. 9. Eth. c. 9. Affirm.

## XIX.

An beatitas contemplativa sit præstantior acti-  
va, necne? lib. 10. Eth. c. 6. Affirm.

## XX.

An per virtutes etiam morales Deus agat? libr.  
10. Eth. c. 8. Neg.

*Ζητούμενα Πολιτικά.*

## PROBLEMAT A POLITICA.

## I.

AN omni ex parte consultum sit regnum & im-  
perium esse hæreditarium? lib. 3. Pol. c. 11. N.

## II.

An regem præsidia habere commodum putetur?  
necne? Aff.

## III.

Utrum *ὁ πλεῖς*, i. e. divitiæ, nihil aliud sint, quàm  
*πλεῖς*



πλήθος τῶν νομισμάτων, id est, copia pecuniæ. lib.  
1. Pol. c. 6. Neg.

## IV.

Anne ad civitatis felicitatem faciat, si, quemadmodum Plato innuit, & uxorum ac liberorum & bonorum etiam rerumq; & facultatum plenaria esset communitio, εὐπείσσωτα & ἐξ τε φιλαίρωτα, id est, egregiam hominis speciem, & hominis amorem, seu humanitatem præ se ferens. lib. 2. Pol. c. 1. & 2. Neg.

## V.

Anne simpliciter sit eadem virtus viri boni, & civis boni? lib. 3. Pol. Neg. cum distinctione notabili, inter dictum simpliciter bonum & respectivè. Item inter formas Reip. & inter personas in eadem Republica.

## VI.

Sitné consultum civitatem mœnibus, aggeribus, vallisq; circummunire? Affirm.

## VII.

Anné probanda sit vicissitudo imperii & dignitatum politicarum? an potius perpetuitas harum sit commoda & commendanda? lib. 7. Pol. c. 13. Resp. cum distinctione in respectu personarum iis officiis fungentium, & Reip. in qua iisdem eadem funguntur.

## VIII.

Sitné probanda ἡ τῶν πολιτικῶν ἄσκησις, id est, Exercitia bellica, certo loco & tempore instituta? 7. Pol. c. 14. Aff.

## IX.

Anne pueris exercitia quædam ludicra concedi possint, necne? 7. Pol. c. 17. Aff.

## X.

Anne licita sit puerorum εἰς τῶν λόγων καὶ μύθων per sermones & fabulas delectatio. Aff.

Sitae.



## XI.

Sit ne musica adolescentibus concedenda, et proponenda, lib. 8. Eth. c. 5. Aff.

## XII.

An etiam in gymnastica sint exercendi adolescentes? Aff. cum distinctione. Non enim illa probatur, quæ in excessu est, ut ἀθλητική, neque in defectu, nempe remissa & languida, sed quæ harum μετρίως observat, nec nimia, nec languida prorsus exercitia urget & peragit.

## XIII.

Sintne omnia instrumenta Musica, adolescentibus commode concedenda? lib. 8. Pol. c. ult. Neg. Sic enim Plato lib. 3. de Rep. & Aristot. dict. loc. tibias improbant. Tibia enim os occludit & obducat cujusque vocem, aufertque sermonem.

## Ζητούμενα Οικονομικά.

## QUÆSITA OECONOMICA.

## I.

**A**N maritus in uxoris delicta animadvertere possit? nec ne? lib. 1. Oec. c. 4. Affirm. cum limitatione levitatis & omnis injuriæ prohibitione.

## II.

An dominus in servos habeat jus vitæ & necis, vel saltem scire in primis in eosdem possit? nec ne? Negat.

## III.

An pater habeat potestatem in liberos? Affirm.

## IV.

An mater etiam? Neg.

## V.

An si pater adhuc sit in potestate avi; filius tamen in ipsius sit potestate? Neg.

An



## VI.

An parentes pauperes liberos dittores alere cogantur, nec ne? 1. Oec. c. 4. Affirm.

## VII.

An pater tempore necessitatis possit oppignorare vel etiam vendere filium nec ne? Affirm.

## VIII.

Semperne pueris garritus & clamores domi sint prohibendi? nec ne? 7. Pol. 17. Neg.

## IX.

Sitne consultum pueros ab ancillis, vel similibus hinc inde de domo in domum deportari? Neg.

## X.

An viro de uxore sua praeter rei veritatem dignior existimatio sit laudabilis, nec ne? Aff. cum limit.

## XI.

An in viro metus uxoris sit laudabilis, nec ne? Neg.

## XII.

An licet liberis aetate teneris vinum porrigere? Neg.

## XIII.

An servis liceat vinum bibere. lib. 1. polit. c. 5. Neg. nisi utriusque cum modo & ratione valetudinis.

## XIV.

An nimia familiaritas domini cum servis sit probanda & commoda, nec ne? Neg.

## XV.

An praestet habere servum ingeniosum & subtilem? an minus? lib. 1. pol. c. 5. Affirm. post. pars, *ἐπινομή.*

## XVI.

An juvenis, quatenus talis vere est, cum vetula quatenus tali, matrimonium bene contrahat, nec ne? Neg.

Esté.



Ζητούμενα Ρητορικά.

## QUÆSITA RHETORICA.

I.

An rectè Rhetorica inter artes sermocinantes  
vulgò numeretur, necne? 1. Rhet. c. 2. Neg

II.

An aliqua ratione convenienti & probabili Rhe-  
torica in scholis statim pueris proponi debeat, nec  
ne? Aff. *ἔτι τὰ νῦν*, secundum quid, ratione exerciti-  
orum.

III.

An etiam memoria essentialis pars sit Rhetori-  
cæ, necne? Aff.

IV.

An pronuntiatio quoque sit pars Rhetoricæ?  
necne? Aff.

V.

Anne Rhetorica ob id manca sit & imperfecta?  
Quia nil habeat de pronuntiatione & actione sin-  
gulariter explicatum, peculiariterque tractatum.  
Neg.

VI.

Anne tribus causarum generibus rectè secun-  
dum mentem veterum authorum Rhetoricorum  
quartum sit adjunctum, Didascalicon? Neg.

VII.

An tamen justa afferri possit ratio, quæ id pro-  
bandum doceat, & retinendum? Aff.

VIII.


An aliquod discrimen sit inter veterum Rheto-  
ricam, & inter nostram, seu eam, quam pro ratione  
præsentis nostræ ætatis superiores magistri  
introduxerunt? Affirmatur.













Uing IV A 220

ULB Halle  
003 128 660 3




Sb.

7









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

RS III.  
LOSOPHICÆ.

NS PHILOSOPHICÆ  
*Practicam.*

SIVE

ARISTOTELIS  
liticorum, Oecon-  
Rhetoricorum ad  
ten & Alexan-  
Analyfin.

*ius in lucem edita*

a  
HARTUNGO Me-  
& Professore.



PSIÆ,  
*ari Closemanni.*

M. DC. XXV.